3

BIBLIOTHECÆ PATAVINAE MANVSCRIPTÆ PVBLICAE & PRIVATAE.

Quibus diuersi Scriptores hactenus incogniti recensentur, ac illustrantur.

Studio & Opera

IACOBI PHILIPPI TOMASINI

Sac. Theol. Doct. Pat. & Canonici Secularis S. Georgij in Alga Venetiarum.

AD

ILLVSTRISSIMVM & REVERENDISSIMVM

D. FRANCISCVM VITELLIVM

Archiepiscopum Thessalonicensem &c.

Pro SS. D. N. VRBANO VIII. & Sede Apostolica apud Serenis. Remp. Venetam Nuntium.



VTINI, Typis Nicolai Schiratti. MDCXXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMO
& Reverendissimo D.
D. FRANCISCO VITELLIO
Archiepiscopo Thessalonicensi,

Pro SS. D. N. VRBANO VIII. & Sede Apostolica apud Serenis. Remp. Venetam Nuntio Apostolico, Patrono Colendissimo,

Iac. Philippus Tomasinus S.



Ivinè ad mentem Protagoræ in Theæteto & Cratylo sapientissimus Plato, Hominem omnium rerum mensuram pronunciavit. Quamvis enim summi veriùs opificis id esse nemo non agnoscat, extremæ tamen benignitatis vestigio in tam nobili artificio viget animus Divinitatis simulacrum, ad quem cetera quidem humana omnia referuntur; & in quo mira elucet sapientiæ virtus, cuius munere rectà nitentibus ad veram felicitatem via patescit. Quæ num solo naturæ instinctu, morumùe præceptis firmas radices agat, ingeniosorum disceptationibus relinquo. Vtrique suus quidem locus, maximè verò Doctrinæ, cuius initia, non minùs quàm

ipsa ad mortalium usque admirationem incrementa, literarum inventioni debentur. Ex verò, sive Cadmo Phœnici, Palamedi Nauplio, aut Simonidi Syracusano, seu Deo cuipiam, aut homini divino, cum Platone in Philebo, qualis eidem in Phædro Theuth literarum pater, vel quod vero propius Hebræis, cum quibus ijdem doctorum sententia Phœnices, ortus sui laudem ascribant, nihil sanè in omni vita ingenio dignius, nihil utilius conspicitur. Harum nempè beneficio longè dissiti interiora animi sensa invicem communicant; his benè vivendi præcepta longè lateq; sparguntur, ad vitæ securitatem traduntur leges, rectè gesta laudabili posteris documento committuntur: numero, uniuersum hoc mira varietate pulcherrimum perenni ordine conservatur, fatalisq; necessitas, ut ita dicam, flectitur. Vnde verè Martialis:

-- Chartis, nec furta nocent, nec secula præsunt,
Solaq; non norunt hæc monumenta mori.

Quod cùm pervidisset Christiani nominis iuratus hostis Imperator Iulianus, Scholas tolli, & Bibliothecas exuri iussit. Dei tamen providentia ipsius malitiæ multum superesse voluit, sævitiamq; tyranni effugere plurima, quæ passim latuere, æternumq; latuissent, nisi tædiosum scribendi laborem superiori seculo sublevasset inventum typis compendium. Cuius etsi maxima in conservanda literarum dignitate deprehenditur utilitas, nihilo tamen inferior eorum laus est, qui præclara magnorum Virorum monumenta singulari cura vindicarunt à tempo-

rum

rum iniurijs, quàm qui pluribus ignota luci reddiderunt. At quoniam immensus propè horum numerus, quæ nec interdum certi consilij, nec fortunæ ratio, nec vitæ brevitas, cum multis communicari sinit: non inutili nec vana prorsùs opera iam ab aliquot annis Lemmata Voluminum, quæ in BIBLIOTHECIS *sunt inedita, ab eruditis vulgari cœperunt, si non alio, sanè hoc bono, ne quid saltem, quod lautioris videretur saporis, peritiorum cogitationes variè diffusas ac de vero ingeniorum cultu solicitas effugeret. Quorum egregius labor Christianæ Reipublicæ tantopere commodus ne apud nos sine exemplo esset, primus Ego quidquid huius argumenti in Vrbis Patavinæ ambitu pervestigare licuit, maiori fortassis alienæ utilitatis studio quàm ingenij laude, in lucem produco. Cuius diuturniorem usuram quum vix sperare possit operis tenuitas, robur utiq; & decus sibi à tuo nomine promittit, Illustriß. Vir, qui avitam* VITELLIORVM *gloriam sago togaq; omni ævo notam tua Virtute Sapientiaq; eximia ita dilatasti, ut iam grauissima Sedis Apostolicæ negotia apud Serenis. Rempub. Venetam non minori integritatis laude, quàm solicitudine peragas. Nullæ tamen sic animum occupant curæ, quin bonas literas adeò foveas, ut uberrimos Te consecutum credant omnes præclaræ admodum famæ fructus, dum non solùm exquisitæ eruditionis Viros in tui notitiam insigni comitate admittis, sed optimos & lectissimos undiq; terrarum conquisitos Scriptores, maximèq; nondum publicatos, veluti optimos fidissimosq; consiliarios liberali in-*

trà

trà tua penetralia contubernio excipis. Huic igitur meo in asserendis eruditorum laboribus studio si speratus tuæ benignitatis favor, ut certum apud omnes exiguo conatui meo decus, accesserit; Patriæ meæ, antiquissimæ Musarum sedi, æterna beneficij memoria tantum honoris, quantum mihi benevolentiæ, contuleris. Quod ut feliciter eveniat, Deum Optimum Max. pronis bonorum in tua vota desiderijs propitium precor, qui me Humanitati tuæ totum dicavi.

Patavij Die xxv. Martij, initijs Serenissimæ Reip. Venetæ memorabili, An. Christi M D C X X X I X.

LECTORI BENEVOLO.



Ivium meorum monumenta temporum iniuria ferè collapsa cùm in lucem proferre constituissem, secundo applausu alle-ctus, quo iam mea ELOGIA in diversas Europæ partes præter exspectationem distracta, ATHENAS PATAVINAS meditari cœpi. Vastum sanè ac perdifficile tanta rerum varietate & vetustatis obscuritate opus. Cui pertexendo commodum Mihi videbatur, sinistris fortunæ casibus tot Virorum labores hinc inde dispersos, aut latentes apud Eruditos investigare. BIBLIOTHECAS itaq; huius Vrbis Publicas & Privatas non minori diligentia quàm labore, qui non mediocris erat, sensim perlustravi. In quibus quotquot occurrebant sive Nostratium, sive Advenarum Libri calamo exscripti, ut inter Eruditos exteris quoq; gratificarer, ordine adnotavi. Ne verò quicquam vel aliorum curiositati, vel meæ deesset industriæ; sive in membrana ii, sive in charta, num characteribus rudiusculis & fugientibus, an elegantioribus exscripti, quantum licuit, indicavi. Ex his quidem, qui meo instituto in asserenda Patavinorum memoria inserviebant, primitùs seligere cogitabam, reliquorum Indice in scrinia privatis usibus seposito. Verùm aliud suasit Amicorum consilium, quibus libens annui, in primis verò Iacobo Gaffarello, Gabrieli Naudeo, & Ioanni Rhodio, Philologis eruditissimis, alijsq; Cl. Viris, qui operæ precium censebant, ut hasce BIBLIOTHECAS privato quondam usui destinatas publico in posterum commodo, & multorum desiderijs evulgarem. Monebant idem Viri insignes Aloysius Novarinus Theologus Clericus Regularis sui Ordinis decus, & Leo Allatius multifaria eruditione notus: quorum fauor nimis fortè amicus quamvis iudicio officere videretur, hunc tamen Laborem Tibi ut spero non ingratum, Amice Lector, citra ulteriorem moram lubens exhibeo.

Bi-

BIBLIOTHECÆ MANUSCRIPTÆ mihi appellantur Codices ipsi, non sine Veterum auctoritate, inter quos ita Festus de Verborum Significationibus: *Bibliotheca & apud Græcos & apud Latinos tam Librorum magnus per se numerus, quàm locus ipse, in quo Libri collocati sunt, appellantur.* Nec ab eo dissensit non infimi subsellij Philologus Ausonius Popma, cuius hic verba ponam ex Libro I. de diff. Verborum: *Bibliotheca significat locum vel armarium, in quo libri asservantur, interdum etiam ipsos libros.*

Exile fateor est hoc ingenij monumentum, sed in omni vita utile; quo modulo meas præcipuè metior vires, qui meos conatus potiùs usui quàm pompæ dicavi. Cui verò obscura sunt eiusmodi supellectilis, præsertim indubiæ vetustatis, commoda? Huius adminiculo ut rerum omnium series & memoria conservatur, ita doctrinæ puritas propagatur, & summorum Virorum labores æternitati consecrantur. Taceo plurimorum notitiam, sine qua sæpe nec Imperia rectè stabiliri possunt, nec vita incolumis duci. Multa namq; quorum conspectum nostris oculis subtraxit privata Auctorum invidentia, maximis mortalium commodis hinc depromuntur. Remedium sanè alijs ab inventore negatum è publicis Bibliothecis eruit Scribonius ille, inter medicos Tiberij Imp. haud infimus. Et quid BIBLIOTHECA nisi omnigenæ eruditionis officina? Suo id exemplo æterna multiplicis doctrinæ memoria ostendit Photius, qui diversorum, quos viderat, Scriptorum veluti nucleum exhibet. Variam proinde eruditionem suorum Operum indicaturi Apollodorus ac Diodorus, ijs non immeritò Bibliothecæ titulum præscripserunt.

Regiam hanc opulentiam inter alios nobilitavit insigne Philadelphi & Alphonsi Aragoniæ studium. Asinium Pollionem primum in Orbe ex manubijs publicasse Bibliothecam tradit Plinius Natural. Hist. Lib. VII. Cap. XXX. Sed in Urbe veriùs, quàm in Orbe. Sic enim de Bibliothecis idem Lib. XXXV. Cap. II. *Asinij Pollionis hoc Romæ inventum, qui primus Bibliothecam dicando, ingenia hominum Reipublicæ fecit.* Quàm gratum hoc fuerit patriæ officium vel inde liquet, quod postea Romani Biblio-

 blio-

bliothecas in Provincias miserint; In Suburbanis, in Villis, in Thermis aperuerint. Imò teste Suetonio Iulius Cæsar merum aliàs Martem spirans Pompeio Macro Bibliothecas ordinandas delegavit. Bibliothecas quoque Græcas & Latinas quas maximas posset publicare, data M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum. Nec apud Imperatores fuisse paucos quibus incumbebat munus ordinandi Bibliothecas, præter alia manifestant veteres tituli. TIB. CLAVDIVS AVG. L. HIMENÆVS MEDICVS A BIBLIOTHECIS. Item: L. VIBIVS AVG. SER. PAMPHILVS SCRIBA LIB. ET A BIBLIOTHECA LATINA APOLLINIS. Et: C. IVLIVS C. L. PHRONYMVS A BIBLIOTHECA GRÆCA. Rursus: C. IVLIVS FÆLIX A BIBLIOTHECA GRÆCA PALAT. Quos omnes è Cæsarum domo fuisse erudito de Servis Comm. credidit promus ille Antiquitatum Laurentius Pignorius. Sed amplissimas etiam fuisse eiusmodi Bibliothecas ut credam facit distinctum Latinæ ac Græcæ nomen: etsi non ignorem eam curam Seruis aut Libertis antiquitùs fuisse creditam, ut Librorum potius custodiæ ac nitori præessent, quàm ut Dominis quicquam ad studia conferrent, quibus è domesticis alij ab ijs diversi adhibebantur. Singularem porrò in literas affectum monstravit Domitianus, qui incendio absumptas impensissimè reparari curavit, exemplaribus undiq; petitis missisq; Alexandriam, qui describerent, emendarentque.

Et quidem Bibliothecas olim in Octaviæ Porticu fuisse narrat Suetonius de Claris Grammaticis. Templo etiam Apollinis addita Porticus cum Bibliotheca Latina Græcaq; teste eodem in Aug. Cap. 29. ut ex diuinis ingeniorum monumentis surgens mortalium gloria in Deorum tutela esset. Atque inde factum ut Imagines Magnorum Virorum in Bibliothecis servarentur. Qualiter M. Varronis in Bibliotheca unius viventis positam fuisse imaginem testatur Plinius Natural. Hist. Lib. VII. Cap. XXX.

Declinante postea Imperij Romani potentia, non sine

ii m:n s providentia Libris in Cœnobia veluti literarum tunc temporis seminaria translatis, maior ipsorum pars barbarorum immanitatem effugit. Etenim ingenio quàm benignitate ve-tiùs Bibliothecas comburi vetuit Gothorum Rex, cùm miles lectione contabesceret. Æquiori postea fato latentes huiusmodi thesauros excepit Longobardorum victoria: cuius moderationi meritò priscæ eruditionis vestigia adscribimus. Obscura quidem ea, nisi Agellij, Laertij, Plinij utriusque, Polydori Virgilij, aliorumq; posterioris ævi amissam ferè tot scriptorum cognitionem nobis transmisissent; tandemq; renascente literatura ultimam veluti manum eiusmodi tentamentó addidissent avorum nostrorum memoria Viri industrij, in primis Pistius ille Germaniæ reliquorum veluti Coryphæus; cuius exemplo postea alij diversarum regionum Bibliothecas magno rei literariæ incremento posteris tradiderunt, paucos tamen codices manu exaratos; cùm ij veriùs apud religiosas familias laterent, quàm in aulis Principum, aut publicis Gymnasijs extarent. Enimvero ex hoc latifundio, in quod sua multi dona præcipuè ex testamento contulerunt, longè latèq; sparsa sunt priscæ eruditionis semina. Exarati quippe Longobardorum opera Codices Latini, qui numero erant pauci, per manus posterorum tandem in eum creverunt numerum, quo nunc passim Regum ac Principum Arces superbiunt, quo Gymnasia iure gloriantur. De quorum vita & fama sanè actum esset, nisi liberalis scientiæ iucunditas infandos labores mitigans per ætates eiusmodi cimelia nuperis seculis transmisisset, quibus ingenij humani solertia mirabili typorum compendio in nostra desideria adeò se profusam præbuit, ut iam veriùs delectu quàm copiâ sit opus. Græcarum verò literarum iam tum prorsus interijsset memoria nisi Bessarion, Lascaris, Moschopulus, alijq; eius nationis Viri, fractas veluti naufragij tabulas ab inundatione Ottomanica secum in Italiam abduxissent, qui piorum Pontificum, Serenissimæ Reip. Venetæ, & magnanimorum Etruriæ Principum liberali hospitio excepti intermissum longis temporibus elegantissimi ser-

monis

monis usum in Latium reduxerunt. Huius fama cùm excitasset aliarum regionum ingenia, non modò sese eo contulerunt Viri Eruditi, sed istorum Heroum exemplo allecti nullis non impensis è Græcia Barbarorum armis penè desólata Græcorum monumenta solicitè quæsiverunt. Nobilissimæ itaque gentis calamitate Græcis non secus ac primitùs Latinis voluminibus instruebantur Bibliothecæ, quæ non minori diligentia hodie in dies augentur. Imo vix ullus est orbis angulus, etiam sub rigido Septentrione, ubi non aliquod reperiatur huius curiositatis vestigium, quodq; (dictu mirum) eos non antevertat, quibus tantæ curæ initia debet. Verùm nec sua hic fraudari gloria fas est Christiani nominis arma, quæ primùm Hispaniarum victoria, ac denuò gloriosissimi Imperatoris Caroli V. in Afros prosperè conversa Arabum disciplinas, quarum iam aliquem gustum cum transfuga Medicorum cohorte persenserat Gallia, in Hispania ac Italia ceterisq; Europæ regionibus in ditionem redegerunt. Negociatoribus etiam non infima hic est laudis societas, quorum industria Ægyptiorum tabulas notasq; miramur. Neptuniam verò Belgij prolem nulla silebit ætas. Huius namq; beneficio incondita Æthiopum, Chinensium, Iaponensium ac remotioris Indiæ volumina mansuetioribus Musis socio fœdere iuncta à multis nunc intelliguntur.

Magnifica igitur & verè splendida hæc possessio: quæ licet maioris fuerit impensæ, excitatioris tamen animi non pauci inter Eruditos semper visi, qui eiusmodi thesauros magna ingenij contentione affectarunt, etiam intra privatam sortem, animo Principibus nihilo inferiores.

PRIVATÆ quidem Bibliothecæ primordia Aristoteli adscribuntur. Platonem tamen etiam tenui fortuna tres Philolai Pythagorici Libros $\overline{M}$ Denarijs mercatum auctor est Iurisconsultus Gallus Antiq. Rom. L. 4. Part. 2. Cap. 16. Nec similem curam sapientiorum ætatum dissimulant scriptores varij. Quinimò sic in eam animat Poëta

Sit bona librorum & provisæ frugis in annum

Prudenter admodum! Studiorum quidem liberalissima hæc impensa: Sedulò tamen cavendum, ne studiosæ luxuriæ spectaculo tenuiores familiæ frangantur. Otiosorum nempè hoc est receptaculum, in quod bonæ frugis mentes fortunæ favore non in speciem, & cultum parietum sese abdant; eaque animi temperantia, ne caupones librarij videantur, neve, quod Plinius Iunior Lib. 3. Epist. 7. de Silio Italico refert, sint φιλόκαλοι ad emacitatis reprehensionem: sed ut libri sint studiorum instrumenta.

Hasce tamen apud lautiores non angustis admodum cancellis fuisse arctatas satis ostendunt hæc Tullij verba Libri IX. Fam. Epist. IV. *Si hortum in Bibliotheca habes, nihil deerit.* Quem pensilem fuisse, aut mediam Bibliothecam distinxisse, verisimile est. Talis forsan erat Luculli Bibliotheca in Tusculano, eiusdem Viri Consularis disputatione *de Finibus* celebrata. Mirificum verò eius inde conspicitur studium, quod Lib. IV. Epist. IX. ad Atticum scribat in Pompeiano propè Puteolos se pasci Bibliotheca Fausti. Imò apertè fatetur Lib. III. Epist. LXXVII sibi esse Bibliothecam multorum numorum, quam Dionysius servus tractavit: præter quem ex Lib. V. Epist. IX. ad Fam. Anagnostem sibi memorat P. Vatinium Servum; quem Dionysius Gothofredus I. C. doctissimus ad eiusdem Libri Epist. XI Libertum annotat. Eamdem fuisse multis rei librariæ solicitudinem, notum est ex Tullij ad F. Quintum Lib. III. Epist. IV. *De Bibliotheca tua Græca supplenda, Libris commutandis, Latinis comparandis, valdè vellem ista confici, præsertim cum ad meum quoque usum spectent. Sed ego mihi ipsi ista per quem agam non habeo. nec enim venalia sunt, quæ quidem placeant, & confici nisi per hominem & peritum & diligentem non possunt. Chrysippo tamen imperabo, & cum Tyrannione loquar.* Quæ verò hodie tanti apparatus memoria? Vetustas est, quæ tam ingentia molimina premit, sæpiusq; delet; quorum inevitabilis profectò est interitus, nisi ea fidelibus literis consignentur.

Bono itaque eventu in publicum veniat eorum notitia, qui

qui hactenus in Vrbe nostra Patavina intra Sacras Ædes, & Privata Civium limina iacuerunt. Singulos proprijs ubiq; titulis fideliter servatis habes, salva tamen sacra & civili censura: diversa quidem serie, sed & locorum varietate, quibus vel Plutei, vel Loculamenta arctantur, neq; meo arbitrio; quod equidem magis de Privatis, quàm Publicis, liberiusq; in syllabo omnibus communi patefacere licuit. Privatis autem, quem casus tulit, locum dedi. Dictionem quoq; quamvis barbaram aut ridiculam nusquam immutare volui, potissimùm in Librorum Inscriptionibus & Subscriptionibus ad librorum calcem, quibus non rarò diversorum temporum ratio, docendiq; ritus nobis ante incogniti, non levi pristinæ industriæ accessione, innotescunt. Eam prolixiùs excusare supersedeo, quandoquidem apud peritos, si qua est, culpæ veniam facilè merebitur sua cuiq; ætatum vicissitudo: cui etiam imputabis, qui circa nomina fortassis deprehendi poterit lapsus, ne quæ Sæculi fuit incuria meo de alijs bene merendi studio iniuriam attrahat. Tuus autem, Benigne Lector, longè meliora mihi promittit candor, quem mea hactenus non pauca æquiori animo excepta satis superq; probarunt. Si quid in tanta rerum diuersitate iudicij libertatem desideret, ingenuè id suggeras, ne labor libro ingeniosus Eruditorum oculos præterfugisse videatur, neve materiæ sterilitas cultu neglecto famę obfuisse. Hanc verò tantum abest ut tenui hoc studio sectari tentarim, ut non potiùs voluerim publicæ utilitati invigilare, cui me meaq; omnia prorsùs destinavi. Quamobrem Scriptorum quoque ætatem & conditionem meis etiam observationibus inserui, ubi ea hactenus dubia vel obscura fuit. Quod verò minima quæq; etiam exigui momenti, imò quæ risum forsan merentur, persecutus sim, id ingenuitati meæ adscriptum velis, temporum verò iniuriæ, quod frequentior Librorum numerus tuæ expectationi non respondeat. Etsi enim Publicis quidem Bibliothecis parum discessisse suadet eorum vigilantia, quos in Cœnobijs deprehendi eiusmodi maiorum deposita satis actè servasse: ij tamen in rem nunquam ita fuerunt intenti,

tenti, quin diuersis artibus aliquid amiserint. Priuatis herclè minorem longè diuturnitatis securitatem sibi polliceri licuit; quarum possessio sæpe ab unius heri arbitrio, sæpe à fato pendebat. Quósdam enim ita faciles ac intempestiuè verecundos finxit natura, ut alienæ petitioni obniti turpe suoq; genio indignum arbitrentur; unde sua quoq; omnibus indulgent; alios ita duros invenies & suspicionum plenos, ut suo, si Dijs placet, thesauro vigilantiùs quàm Draco incubantes non alia vi quàm auri expugnentur. Atq; ut isti merito laudandi ob liberalem communis boni usum, modò sibi eius possessionem reservent: ita ij ignari, atq; ignavi hoc saltem nomine, si non alio tolerandi, quòd vel inuiti ac nescij bonas literas iuvent.

Vtroq; hoc mortalium genere temporis diuturnitate tantum profecit, ut sagacissimus erat, Illustriss. Vir Io. Vincentius Pinellus, ut quidquid veterum Librorum in Vrbe nostra aut vicinis Oppidis esset rari precio precibusq; in amplissimam suam Bibliothecam accumularet. Verùm, quemadmodum omnia in hoc uniuerso varias experiuntur vicissitudines, ita cùm ea defuncto Pinello ab hæredibus Neapolim deveheretur à piratis intercepta, veluti exigui precij merx carthacea, Neptuno sacrabatur. Recuperata demum pars melior eximia Federici Borromei Archiepiscopi Mediolanensis liberalitate Bibliothecam Ambrosianam optimorum librorum delectu ac numero celebrem amplificauit. Barocius etiam nobilis Venetus stupendi ingenij vir in conquirendis calamo scriptis voluminibus maximèq; Græcis occupatus, non exiguum rariorum librorum numerum Patavij congessit, qui paucis ab hinc annis Illustrissimi Comitis Thomæ Arrundellij sumptibus Britanniæ regno non parum ornamenti attulerunt. Serenissimorum Mantuæ Ducum non minori studio qui hinc distracti fuerunt nondum publicati Scriptores, mutata rerum facie, eruditissimi Iacobi Gaffarelli nostri cura iam in Gallia apud Heroem Literarium Eminentissimumq; Principem ALBERTUM RICHILEAU Cardinalem securi hospitantur. Mitto

quàm

quàm noſtra Bibliopolia quotidiè excutiantur ab exteris, quorum animos ea verſat cura, ut peregrina & precioſiora undique conquirant, non ignari quantum interſit libros poſſidere venerandæ antiquitatis calamo ſcriptos maximèq; Archetypos. Quos in eorum numero oculis luſtravi plurimos huc inſerre nolui, contentus ijs qui Eruditorum hic pluteos implent.

Omnia forſan publici ſi non ſint ſaporis, ijs tamen mecum fruere, liberali eorum indulgentia, quibus hæc grati debemus. *Vni ſapienti notum eſt, quanti res quæq; taxanda ſit.* Auc mi Lector, & fauc.



IACOBO PHILIPPO TOMASINO

IOANNES VVESLINGIVS EQVES, in Gymnasio Patavino Botanices, & Anatomiæ Professor Primarius.



Vi in Isthmijs olim victores præconis voce clamabantur, non ipsi tantùm coronæ testimonium sumebant, sed patriam quoque coronare dicebantur. Vtrumq; consecutus es, Vir Clarissime, qui ἀκονιτὶ quidem; non ἀπονιτὶ, præclaris ingenij monumentis victor, superasti quicquid humi Te cum vulgo affigere, quicquid invido dente mordere, nominiq; tuo spissam oblivionis noctem offundere poterat, non simplicis palmæ honore iam decorus. Sed induit se ijsdem pariter ornamentis patria tua, quæ manifestiùs agnovit dignitatem suam, ex quo tot illustres, quos fovit viros, atq; hinc inde abstrusos eorumdem labores, veluti radiantes gemmas in publica luce oculis omnium animisq; subiecisti. Non est tamen, quod à me præconis officium exigas, & ut cum Pindaro loquar ἀδύγλωσσον κάρυκος βοὰν. Quicquid enim dixero, minus erit; etiamsi nec affectui in me Tuo, nec meritis plusculum largitus, inclytum hoc Musarum templum veris vocibus implevero. Vale.

BIBLIOTHECA
ILLVSTRISS. CAPITVLI
CANONICORVM
MAIORIS TEMPLI.





VTVRI Operis limen iure occupat præclarus optimorum librorum numerus, qui editiori Templi Cathedralis loco supra porticum Ianuæ orientalis abditus magna veneratione à Reuerendissimis Canonicis ut res sacra seruatur. Nec sine prudenti veterum exemplo, apud quos, (vt eleganter Seneca) libri sacrorum ingeniorum opera nullo alio in loco conuenientiùs collocari posse putabantur, quàm in sacris & religiosis ædibus. Cùm igitur Iacobus Zenus Patritius Venetus Ecclesiæ Patauinæ Antistes rerum diuinarum ac humanarum scientia clarissimus facilè perspiceret, quod absq; Bibliothecis fermè inermis esset Religio, & inanis Sapientia, prudenter toto vitæ curriculo, quo se literis tradiderat, in conquirendis M. SS. rarioribus nulli studio impendioue pepercit. Ipso autem præmaturè terris erepto, successor Petrus Foscarenus Anno 1482. die 2. Octobris, non minùs vt Viri doctissimi monumentum, quàm sui affectus indicium relinqueret, quotquot erant Codices Canonicorum Studijs summa liberalitate dicauit. Qui sanè thesaurus hodieq; tanto studio custoditur, vt Illustrisimis Iosepho Gualdo Archipresbytero, & Abb. Franc. Leonio Comiti de Sanguinetto Thesaurario, me plurimum debere fatear, quòd singulari humanitate me in eam admiserint.

BIBLIO-

BIBLIOTHECAE CATHEDRALIS LIBRI MANVSCRIPTI.

CLEMENTINAE Iuris Canonici. Incipiunt. *Lectis*. in membr. folio Tom. III. *Ha sunt elegantiori charactere, & egregijs picturis insignes. Olim Regis Alphonsi, cuius Insignia ostendunt.*

DECRETALES in membr. in folio. Incipiunt. *Doctoribus*.

SEXTUS DECRETALIVM. *Is pariter fuit Regis Alphonsi, eleganter scriptus, & picturis ornatus in membr. folio.*

DECRETVM. *Vt superiores ornatum.* Incipit, *Episcopus*. in membr. folio. *Hoc à Gratiano Monacho Benedictine Anno 1151. conscriptum ostendit Epitaphium Bononia in AEde D. Felicis à Io. Franc. Aldreuando positum.*

SEXTVS PARVVLVS in membr. fol. incipit. *Cunctis patet.*

DIGESTVM nouum membr. fol. incipit. *Inhiberetur.*

IVSTINIANI Imp. Institutionum Volumen. Membr. fol. incipit. *Decoratum.*

VSVS Feudorum in memb. fol. *Darepessunt.*

LEGES seu Statuta Venetorum cum Glossis. In membr. fol. incipiunt *D. Marci.*

LIBER Statutorū Collegij Pratensis in membr. fol. incipit. *Curia.*

INNOCENTIVS super Decretalibus, in membr. fol. *Hanc Decretalem.*

NOVELLA Io. Andreæ super III. IV. & V. membr. f. *Et*

NOVELLA Eiusdem Super Sexto. *Nullus*. mēbr. fol. *Auctor nomen hoc à Matre & filia operi indidit. Bononia diem clausisse Anno 1348. patet ex Epitaphio in AEde D. Dominici.*

ABBAS sup. Prima parte II. incipit. *Inuenit,*

Supra Secunda. *Et reperitur;*

Supra Secunda II. *Sed in.*

Super Clementinis cum alijs Tractatibus Incipit. *De cet.* Omnia in Ch. In folio. *Auctor est Nicolaus Tudiscus Catanensis Monachus Benedictinus, Cardinalis Zabarella discipulus & Laurea Doctorali insignis, Alphōso Regi maximè gratus, Abbas, Panormi Archipresul, ab Amadeo Duce Sabaudia Felice IIII. Pseudo Pontifice Cardinalibus adscriptus, cuius Operibus per excellentiam prefixum fuit* ABBATIS *nomen.*

PAVLVS de Castro super Primam Partem Codicis in char. fol. incipit. *De nouo Codice* Tom. II. *Patauij decessit Anno 1437. teste Ficardo in Vit. I.C. Pancirolus id accidisse refert Anno 1420. In Epitaphio apud Seruitas Patauij nulla huius rei mentio.*

REPERTORIA, quædam, cum quibusdā Recollectis, & alijs operibus imperfectis vno Vol. in charta, folio, incipiunt *Sumatur*.

IOANNES de Lignano super I. II. III. IV. & V. Decretalium Volum. V. Item Volumen in Clementinis. fol. *Hi libri hactenus non fuerunt eulgati, quos in Vita eius M. Mantua à se visos refert.* Scripsit in omnes Decretalium libros, licet edita nunqnā fuerint, ad pręsens in maioris Ecclesię Bibliotheca hæc reperiūtur Manuscripta, quæ ego vidi, & legi. *Is fuit Mediolanensis, & Iuris Pontificij Princeps obijt. 1386.*

ANTONIVS de Butrio super Prima

parte II. in charta fol. incipit *Indicium*,

Super IV. incipit. *Et notanda.* in charta fol. *Obijt Bononia Anno 1408 quod ocolligitur ex eius Epitaphio in D. Michaelis Templo posito.*

CARDINALIS Florentinus super Primam I. incipit. *Eamq;* &c.

Super Primam I. Decretalium. incipiendo de filijs presbyterorum.

Super Primam II. incipit. *Ad instar.* &c.

Super Primam II. alter Tom. *In Iuditio*.

Super Secunda II. *Ex hoc patet.*

Super secunda III. incipit *Militare.*

Super Quarto Decr. incipit. *Vnde dicuntur*.

Super Quinto incipit. *Et Fortius.*

Hæc Omnia in ch. f. eleganter conscripta *Autor est Franciscus Zabarella Patauinus, de quo in nostris Elogijs & Athenis*.

DECISIONES ROTAE. In charta, f. incipiunt. *Eiusdem.*

DECISIONES Antiquæ, & Nouæ charr. fol. *Datur restitutis.*

CARDINALIS S. Sixti super Prima Parte Distinctionum Decreti, &c.

Super Secunda.

Super Secunda Parte de Causis incipit *Gratianus*.

Super Tertia, incipit; *Monachorum.*

Super Tractatu de Pœnitentia. Incipit *Deuotus*.

Super Tractatu de Consecr. incipit. *Decenter*,

Omnia, ch. f. Tom. VI. *Doctores hæc adscribunt Ioanni à Turre Cremata, Hispano, ordinis Prædicatorum, quem Eugenius IIII. Cardinalem creauit.* De eo sic Paneirolus Lib. III. de cl. I.C. In sacras literas multa scripsit, quæ in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis Pataiuij conseruantur. *Obijt Roma 1468. cuius Epitaphium in B. Virginis Annunciata Sacello*.

PRIMA Pars Lecturæ cl. Viri Domini PROSDOCIMI de Comitibus de Padua Super Secundo Decretal. incipit *Continuatur hac Rubrica*,

Eiusdem RECOLLECTAE incipientes de Constitutionibus. incipiunt. *Canones* in ch. scitè picta f. *De eo in Pauinis Athenis.*

FREDERICI DE SENIS Consilia, incipiunt. *Allegando*. ch. f. *Hic familia Petruzina, & Baldi præceptor fuit.*

OLDRADI Consilia, incipiunt. *Cum multi* ch. f. Oldriadus hic de Ponte Laudensis fuit, qui docuit Patauij 1320. *obijt Auinionis 1335. ut ibidē ex Epitaphio ad Ianuam Templi Prædicatorum patet: Alia multa scripsit, quæ perierunt. Hæc edita fuerunt Venetijs Anno 1570. cum Additionibus Rainaldi Corsi*.

ALLEGATIONES & Consilia Diuersorum I.C. incipiunt: *Allegationes* in fol. ch.

REPETITIONES quæda super Capitulo ab *Excōmunicato*, incipiunt. *Solenmiter* ch. fol.

TRACTATVS, & Concilia Diuersorum incipiunt. *Prosequar* ch. fol.

VOLVMEN cum multis Operibus diuersorū videlicet Baldi, & eius add. super Spec. Tractatus de Testibus. De Ordine Iudiciario. De Procuratoribus. De appellatione. Incipiunt: *De Iure* in fol. ch.

VOLVMEN alterum Tractatuum Diuersorū videlicet Tract. Io. de Lignano de Bello cum alijs sequentibus, incipiunt *Habitum* ch. fol.

DOMINICVS de S. Geminiano super Sexto incipit *Volumus*. ch. fol.

Super Secunda Sexti. incipit *Etiam ipsorum* ch. fol. *Antonij de Butrio discipulus Pauli de Castro, Imolæ, & Card. Zabarella, æqualis plura edidit.*

BERNARDI Archipresbyteri Saccensis super Secunda Decretalium, optimè scriptus in fol. ch. *Hic videri potest Bernardus Campostellanus, qui iussu Innocentij IV. sum. Pontif. in Decretales scripsit. Vel aliquis forsan Archipresbyter Plebis Sacci municipij*

tipij Patauini fuit huius operis scriptor.

REPERTORIVM Domini GENTILIS, alias Repertorium Brixiensis. Tom. IV. fol. ch.

REPERTORIVM Ioannis de Mileis. Incipit: *Licentiare* ch. fol.

BALDI de Perugio Repertorium Iuris fol. ch.

SVMMA Azonis. fol. ch. *Bononiensis hic in patria obijt MCC. cuius Epitaphium Bononiæ prope Turrim S. Seruatij spectatur.*

SVMMA AEmiliana. cuius auctor est Io: de Amilijs Aduocatus Consistorialis. fol. ch.

ANTONIVS de Rosellis super Decreto. Incipit *Duobus modis* ch. fol.

Item MONARCHIA. *Patauij obijt 1466. in D. Antonij templo titulo* MONARCHAE *Sapientiæ honestatus.*

RAPHAEL Fulgosius Super Secunda Parte ff. Veteris. Incipit: *Fromnes,* ch. fol. *Acris ingenij I.C. & Iurisprudentiæ praclass. lumen, interfuit Concilio Constantiensi. Patauij obit circa Annum* 1420. *Epitaphium videatur in meis Monumentis patrijs.*

TRACTATVS Visitationum cum Extrauagantibus cum Glossis. Item Quędam Recollectę in Iure Canonico. Incipiunt. *Decretalia nostra.* fol. ch.

ALLEGATIONES Lapi, incipiunt: *Cum causa* ch. fol. cum picturis. *Lapi duo vixerunt, Tuctus, vnus, alter Castellionaus Florentinus, quorum, posteriorem huius Operis Auctorem censemus. Floruit is 1334. cum Lignano, Calderino, & Butrio.*

EXTRAVAGANTES cum Comm. Aegidij della Bellamera. In eodem Volumine extat Aluarus de Planctu Ecclesiæ. fol. ch. *Bellamera floruit sub Gregorio XI. Anno 1380. inter Rotæ Auditores, Episcopus Auenionensis, obijt 1392.*

IN VOLVMINE cuius titulus est Opera Domini ZENI hæc extant.

DOMINICI Episcopus Brixiensis ad Cardinalem Papiensem Tractatus.

EIVSDEM Episcopi Brixiensis Oratio habita Romæ pro pace Anno 1468.

TRACTATVS de Sigillo confessionis.

ADDITIONES Andreæ Barbatij.

TRACTATVS Lau. de Vallis. ch. fol. paruo.

PRATICA Papiensis. Incipit. *Quoniã Vita breuis.* fol. ch. cum picturis.

Io: BARROSII in Agiodiatum liber IV. Carmine ad Petrum Barrocium Episcopum Patauinum.

EIVSDEM Ioannis ad Præcl. Senatorem Venetum Angelum Barrocium in Libellum qui MONS EVGANEVS inscribitur in XII. Partes. Incipit.

Mons Domini, mons pinguis, opus,
laudabile cunctis.

in charta eleganter scriptus. Pluteo. 18.

PROSPERI AQVITANICI Opera, f. ch. *Auctoris nomen hic non est præfixum, ex subiecta Inscriptione tamen colligitur, quam omittere nolui, licet ridiculam, sed aui iniuria. Ex Aquitania oriundus erat.* Iste Prosper fuit Æquitanus vir erudiiss. omniumq; artium dogmate peritus, qui primus canonicam normam omnibus Ecclesijs edidit. Vnde merito AEquitanius dicitur gente, & Prosper vocabulo, quia cęteris æquitatis viam parare studuit quam in vocabulo prosperitatis sortitus fuit ob causam hanc merito, & nomine fulget, eo quod æquitatis & prosperitatis iudicium omnium ecclesiarum videtur habere. *At verò Episcopus is fuit Reg. in Prouincia Galliæ non Regij in AEmilia titulo Sanctitatis honestatus à Cardinale Bellarmino descript. Eccl. Opera ipsius M.S. in memb. 4. sunt in Bibliotheca Io. Rhodij. Claruit secundum Trithemium Anno 406. alij posteriorem volunt Anno 454. ad Tempora Imp. Valentiniani eum refert Gher. Vossius de Script. Latinis lib. 2. cap. 17.*

AR-

ARMANDI Declarationes difficiliũ dictorum in Theologia ch. f. *Hic Armandus de Pulcrouisu vel Belloui-su Bononiensis Ordinis Prædicatorum S Palatij Magister, Liber autē Metaphysica appellatur; claruit Anno 1296.* in eodem Vol.

LEONARDVS Aretinus de Primo bello Punico. *De quo in Biblioth. S Io: in Viridario. Hic etiam Plus. xv. extat alter lib.* De Bello Punico. De Bello Gothorum scriptus An. 1454. ch. f.

IMITATIONES Antonij Raudensis ad Cardinalem Comensem. ch. f. Pl. 16. Incipiunt. *Sæpius videbam. Fuit Minorita, Theologia Professor. Hunc tradit Tossignanus lib. III. Hist. Seraph. Mediolani ortum, insignem fuisse Poetam ac Theologum omniq; disciplinarum genere excultum, variosq; è Lactantio librariorum errores sustulisse. Scripsit & alia.*

BLONDI Historia. ch. fol. Tom. II.

Q. CVRTIVS de Gestis Alexandri. ch. fol. incipit *Admonuit.*

IAC. ANTONIVS Marcellus in Traductionem Strabonis de Situ Orbis. ch. f. Pl. 17. Hæc traductio facta fuit à Guerino.

ONOXANDER de Re Militari, de bono Imperatore traductus per Nicolaum Secundinũ ch. f. *Onosandri Platonici de Optimo Imp. eiusq; officio lib. ad Q. Verannium per Nicolaum Saguntinum è Græcia in Latium translatus Venetijs & Basil. editus est.*

RHETORICA M. Tul. Cic. mem. fol.

DE AMICITIA Cic. M. f. Pl. 18.

CLAVDIANVS. Incipit: *Phœbo dormitas.* ch. f. Pl. 19.

MISCELLANEORVM Volumina II. In quibus nonnulla Senecæ Opera vbi etiam

FRANCISCI Capodilistæ ad Pasqualem Maripetrum Ducem Venetiarũ Oratio. ch. 8. Pl. VIII. ad Occidentem.

FLAVII Iosephi de Capt. Iud. Liber egregie scriptus cum picturis ch. fol.

MAGISTER Sententiarum in m. f. *In cuius principio hoc extat distichon; quod propter veterum de suis Doctoribus iudicium ommittere nolui.*

IN primo Scotus. Bona-sum-Ventura Secundo.

Tertio Alexander melior: quartoq; Richardus.

METAPHISICA, Physica, De Generatione, De sensu & Sensato cum varijs Lectionibus. Liber eleganter scriptus m. f. Pl. 4.

BVRLÆVS in VIII. Physicorũ scriptus 1438. magna elegantia. f. ch.

TRACTATVS Finalis Magistri Gulielmi Parisiensis de Trinitate. f. ch. incipit. *Scientia de Vniuerso Floruit An. 1240.*

LIBER de descriptione Mahometi per Cardinalem Episc. Prænestinum, desinit: Explicit Tractatus contra principales errores perfidi Mahometi compilatus per Dominum S. Sisti ch. fol. Pl. 3.

HISTORIA Pij de Boemicis. Item Roma Instaurata Blondi. ch. f. *Is fuit Æneas Syluius Piccolomineus ad Pontificatum euectus Pij nomine II. An. 1458.*

ANTIPHONARIVM, in quo vocis modulatio punctis situ diuerso separatis exprimitur: quod hodiè notis musicis per lineas dispositis fieri cōsueuit.

ANONYMVS de Excellentia Euangelij & differentia ipsius ad Legem; de figuris Euangelistarum & eorum modo scribendi; De materia Euangelij, Intentione & Fine fol. membr.

TEXTVS Philosophiæ Moralis elegantissimè scriptus in m. fol. Pl. 4. In principio, & in calce Libri hæc Legũtur: *Iste liber est textus Philosophiæ moralis fuit quodã. Reu. P. D. Henrici de Scarampis de Ast Episcopi Feltrensis & Bellunensis atq; Comitis, qui obijt in MCCCCXL. die XXIX. Septembris, cui immediate successit Reu. P. Dominus Thomas Thomasinus origi-*

ne Ve-

us Venetus, qui die XV. Octobris eiusdem anni fuit per Dominum Eugeniũ Quartum de Eccl. Recanatensi & Maceratensi simul iunctis translatus ad dictas Eccl. Feltrenses & Bellunenses simul vnitas. Cui Domino Thomæ de Bonis dicti defuncti remansit præsens liber cum sex alijs Voluminibus, & ferè nihil aliud. Qui Dominus Thomas dicta septem Vol. anno Domini MCCCCXLII. in Festo SS. Apostolorum Simonis & Iudæ dedit Librariæ Ecclesiæ Feltrensis perseruari hac conditione, quod non possint nec vendi, nec alienari, sed semper ad vsũ teneri.

LIBER Sententiarum. *Opus hoc est Petri Lombardi, quem Schola vulgò Magistrũ Sententiarum appellant, cuius opus integrum infra.*

D. THOMAS de Rationibus Fidei ad Cantorem Antiochenum, eleganter scriptus ch. f. In quo pariter extant. De Immortalitate animæ Io: Didaci de Villegia.

Vita Pompei ex Plutarcho, interprete Iacobo Angelo in 8. ch. Pl. 9.

SECVNDA Secundę D. Thomę mem. fol.

S. THOMAE de Rege & Regno. Incipit *Qualiter*. m. fol.

S. THOMAS de Perfectione Vitæ; cũ alijs Opusculis, vno Vol. & præsertim Roderici Episcopi Zamocen.

QVAESTIONES S. Thomæ de Malo. m. f. *Creatum*.

ITEM de Potentia Dei. m. f. *Procedens*.

MORALIA S. Gregorij ch. f. Tom 2.

Idem in Cantica Canticorum. f.

S. BERNARDVS de Amore Dei. Incipit, *Damus*. m. f.

S. BERNARDVS Ad Eugenium Papam. Incipit, *Subit*. definit: *Expliciunt* quinq; lib. B. Bernardi ad Eugenium Papam. m. 4.

EPISTOLAE S. Hieronymi. ch. fol. cum picturis.

IDEM de IllustrIs. Eccl. Scriptoribus, Incipit, *Hortaris*; desinit *Memor estotuorum*. in eodem.

INCERTI quædam de Concilio Basiliensi.

QVAESTIO de Cardinalatu S. Hieronymi.

DE AVXILIJS pro defunctis.

PLANCTVS B. Virginis, per Episcopum Turcellanum. ch. fol. Pl. 24.

HISTORIA Ecclesiastica Rufini Meriterum ch. optimè cripra *Continetur libri, XI. quia ex libris X. Eusebij. (vt refert Gherar. Vos. fecit nouem, quibus duo de suo adiecit.* Floruit tempore S. Hieronymi Anno 390.

HISTORIAE Ecclesiasticæ nouæ editæ à Fr. Ptolomæo de Luca Ordinis Prædicatorum. Incip. *Reuerendo in Christo Patri* vsq; ad Eugenium IV. *Is perduxit suam Historiam vsq; ad Celestinum V. quo tempore se vixisse memorat, nempe anno 1274. Continuatum fuit opus hoc ab alijs vsq; ad An. 1470. Ambrosius Gizzaus tribuit ei Historiam Tripartitam. nescio qua ratione cùm eam congesserit Aurelius Cassiodorus, vt infra dicemus.*

EPISTOLAE Io: Episcopi Ephesini ad sororem Olympiadem. *Rursus*. m. f.

SEDVLII præsbyteri Macedonij Eleg. lib. II. Epist. I.

Item IVVENCI Hispani Quatuor libri super quatuor Euangelijs.

ARATORIS Subdiaconi Quatuor Libri in Actibus Apostolorum carminibus exarati. ch. 4. pl. 16.

C. Celius Sedulius presbyter. Scotus sub Theodosio Iuniore floruit an. 430. Trithemij calculo. Carmina Iuuenci Poeta Christiani nonsecus quàm Aratoris extant in Bibliotheca SS. Patrum Tom. 8. editionis Secundæ. Primus Floruit 330; Alter 545. Postremi inter hos vulgò duo tantũ circumferuntur libri, quos in hoc volumine in quatuor diuisos credimus à Grammaticis, qui olim opera alterum suo arbitrio distinguebant. Quod tamen Plinius Naturalium Hist. scriptor ad Lectoris cõmodum ipse peragere, maluit.

AEGYP-

Aegyptus Alexandrinus Latinè cō uersus à S. Viro Ambrosio Monacho Florentino. Incipit. *Quod tu Euxithe Eueluade Etc. ex Syria.*

Firm. Lactantius de Ira Dei, Incipit: *Animaduertis saepe Donate.*

De Dei Opificio.

Aurelii Augustini de Spiritu & Anima. *Quoniam dictum est.*

Epitome lib. vii. in Lactantium. Incip. *Iam si iustitia est.* in memb. 4. cum picturis eleganter scriptus. pl. 16.

Fragmenta pro concionibus f. ch. Hæc forsitan sunt Iacobi Zeni. Pl. 17.

Praedicationes & Sermones B. Bernardini. ch. f. *Hic est Bernardinus Senensis à Sum. Pont. Nicolo V. in Sanctorum numerum adscriptus An. 1450*

S. Io. Chrysostomus in S. Matthæum m. f. eleganti charactere scriptus.

Biblia Sacra Lat. fol. mem. scripta Anno Salutis M.CCCVII. Pl. 19.

Quodlibeta Scoti, Incipiunt. *Cunctæ res*: desinunt. *De prima habetur scientia.* in. f.

Roberti Valturij Lib. xii. *Credo equidem.* ch. f cum picturis ad Magnanimum & illustrem Heroa Sigismundum Pandulphum Malatestam splendidissimum Ariminens Regem & Imperatorē semper inuictū.

Lucretius Poeta elegantissimè scriptus, ch. f. Pl. 1. cuius in calce leguntur. Olympiade CLXX. anno II. Lucretius [Poeta nascitur]. qui postea amatorio poculo in furorē versus. Quum aliquot Libros per interualla insaniæ conscripsit, quos postea Cicero emendauit, propria se manu interfecit. An. æt. suæ XLIIII. versus sunt 7382.

Poema Episcopo Donato Pat. inscriptum. Cuius auctoris nomen est infra fol. 11. quod comprehenditur ex primis syllabarum carminibus, Incipit *Maximus. Marinus de Vulgera Monachus Cartusiensis. Opus est de Septem Verbis Domini* Desinit. *Contigimus portū fessa, data Vita Carina.* in fol. ex papyro.

Maximiani Poetę illustris Opusculum de eius Vita & Senectute incipit. *Aemula quid cessas finem properare senectus* in paruo folio ch. pl. 2.

Colucii Pierij Salutati de Fato & Fortuna. Definit *Perdidisse.* memb. 8. cum miniaturis

Ovidii Metam. cum varijs Lectionibus, memb. fol.

Epistolae Petrarchæ ad Socratem suum. f. ch.

Terentius cū variis Lectionib. f. m.

Clavdianvs Poeta. fol. ch.

M. T. C. de Orat. m. fol. incipit. *Cogitanti*: desinit, *quo per similitudinem.*

Eivsdem Rhetorica m. f.

Idem de Amicitia m. f.

Vitae Sanctorum quorumdam, & de Melciade Papa. *Huius operis est S. Bernardus.* in hoc vol. extat

Martyrologivm S. Hier. elegantissimo charactere. m. fol.

Hieremias Glossatus m. f.

APPENDIX

Eorum quæ ex primo Indice nunc amissa reperio.

Tractatvs de Potestate Papæ Episcopi Torcellani: incipit *Gessit.* ch. f. Alter liber eiusdem Episcopi de Potestate Papę, & Cardinalium, hoc principio *Mortali.*

Tractatvs plures de Potestate Papæ & Cardinalium in vno Vol. incipit. *Spiritus Sanctus* ch. fol.

Fantinvs Valaressus Archiepiscopus Cretensis de Auctoritate Apostolicæ Sedis, incipit: *De Ordine.* m. f.

Rodoricvs Episcopus Nouotens. de Potestate Papæ, & Cardinalium. *Archiepiscope*; ch. f.

Petrvs de Pallude de Ecclesiastica Potstate cum aliis Operibus eiusdem argumentum. Incipit. *Et in præsentiarum*, ch. f.

BIBLIOTHECA
CANONICORVM
LATERANENSIVM
S. IOANNIS
IN VIRIDARIO.





OENOBII S. Ioannis in Viridario Anno MCCCCXXI erecti Prioratus ad Monachos S. Benedicti primùm attinuit, quibus belli furijs variè dispersis, ac diremptis, in Commendam (vt aiunt) abijt, quam ANTONIVS *Corrarius Cardinalis obtinuit. Is Canonicorum Secularium S. Georgij de Alga Venetiarum auctor & ornamentum, pietate loci commotus, annuente Summo Pontifice Eugenio IV. eiusdem olim Societatis, & patriæ, aliquot post annos Prioratum hunc Canonicis Lateranensibus concessit Anno MCCCCXXXVI. Inde factum, vt ijdem, auctis Cœnobij prouentibus, Ecclesiam in ampliorem formam restituerint Anno MCCCCL, Cœnobiumq́ ipsum nouis ædificijs, ac porticibus exornarint. Quod pariter Sum. Pontifex Pius Quintus Anno MDLXVI Abbatiæ titulo ampliauit: Est hic* BILLIOTHECA *Manuscriptis Codicibus insignis, qui relicti ex testamento clarissimorũ Virorum, & in primis Petri de Montagnana, Baptistæ de Lignamine, Io. Marchanoua, Hieremiæ de Montagnone, Galatij de Capitibus-Listæ, & aliorum, quorum in ipsomet Indice laudabilis erit memoria.*

MANV-

MANVSCRIPTI CODICES DIVERSI

Qui in Bibliotheca S. Ioannis in Viridario Patauij asseruantur.

LITERAE Maiores in calce cuiuscunque Codicis designant cl. Viros, quorum munificentia iam in Bibliothecam illati sunt; & P. M. quidem PETRVM DE MONTAGNANA.

B.L. BAPTISTAM de Lignamine Episcopum Concordiensem.

I. M. IOANNEM de Marcanoua, de quo scribens cl. Laurentius Pignorius lib. Symbolicarum Epistolarum Epist. III. Emundo Bruzio inscripta, hæc habet: *Ioannes Marcanoua Medicus Bibliothecam magno ausu instruxit Codicibus scriptis, veteribus Nummis, & Inscriptionibus antiquis leganit Canonicis Regularibus S. Ioannis in Viridario*. Scardeonius effigiem eius, in hac Biliotheca cerni prodidit lib. II. Classe x. pag. 239.

I. C. IOANNEM Calphurnium Græcarum & Latinarum Literarum Interpretem in Gymnasio Patauino.

G. C. GALATIVM de Capitibus Listæ.

H. M. HIEREMIAM de Montagnone.

Primus Ordo Librorum ad dextrum Latus.

Pluteo I.

HIEREMIAE de Montagnone Patauini *Summa Commemorialis* vtiliora Iuris super Titulis ff. deinde super Tit. Institutionum, qui non sunt nec in Digestis, nec in Codice reducta, & compilata ex ijs, quæ eidem maximè occurrerunt prouidenda in Aduocationibus, & Consilijs in fol. Incipit *Rubrica de Iustitia & Iure*. Munus B. L. Anno 1455.

PRISCIANI de Constructione lib. 11. in fol. Incipit. *Quoniam in antea expositis*. Desinit. *Explicit Volumen Minus Prisciani de Constructione*. Munus P. M. hisce verbis ab eodem dono datis, tum hic, tum alijs in libris expressum.

EXIMIVS *Grammatica Doctor. Latinè, Grecè, & Hebraicè peritiss. Petrus Montagnana Sacerdos optima fide, pietatis studio, proq; anima salute ascripsit, donauitque Canonicis Regularibus, qui Patauij morantur hunc librum. Quicunque leget, proficiat, deinde sit gratus. Anno Domini M.CCCC.LXXVIII.*

II.

EORVM librorum est, qui excusi palam extant.

III.

BARTHOLVS super primam partem Codicis in fol. incipit. *Rubrica, ista habetur diuersimodè, vere rubrica est*. Desinit. *Vt supra dixi in solutione primi & secundi contrarij*.

IDEM super Digestum vetus in fol. In fronte Operis. *Si certum petatur*. Incipit vero sic. *Glossa continuat rubrica ad precedentia*. Finit *Ait lex non, quomodo, & qualiter probaretur*.

IV. V. & VI.

EXCVSORVM tantummodo sunt.

VII.

TRACTATVS de ijs, quæ de summi Pontificis potestate Gloriosus S. Thomas de Aquino sparsim in suis perorat operibus ad Reuer. & Præstantissimum D. Iulianum Cardinalem. Alia huius tractatus Inscriptio talis est. *Sententiarum flores ex libris Beatissimi Doctoris Thomæ.* Incipit. *Quæstio prima est. Vtrum super Episcopos:* Desinit *Expliciunt flores Sententiarū D. Thomæ de Auctoritate Summi Pontificis collecti per M. Io. de Turre Cremata Ordinis Prædicatoris Sacri Apostolici Pallatij Magistri in Concilio Basiliensi Anno* 1437. In eodem Volumine leguntur.

ACTA Concilij Basiliensis.

Dicta & testimonia multorum memorabilium Patrum, & antiquorum Doctorum, qui aut in expositione Sacræ Scripturæ aut super textum sententiarum, siue Decreti scribendo, aut in tractatibus, & sermonibus famosis dixerunt, & docuerunt Beatam Virginem in Originali peccato fuisse conceptam.

LIBELLVS siue breuis compilatio ex diuersis Sacræ Scripturæ; Canonum & Patrum scriptis. *Vtrum B. Christi Maria concepta fuerit in peccato Originali.*

De Originali peccato, Quæstiones aliquot.

Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus de Conceptu Originali. Munus. B.L. 1455.

Habes Lector hic Acta Concilij, partim à summis Pontificibus approbata, partim, nec im merito, quando ab illis ea Congregatio desciuit, condemnata, & dolet tamdiu inter tenebras colluctari Acta Ferrariensis, & Florentini, quibus Basiliense continuatur, cū in illis & decreta Patrum, & Concilij, quibus Basiliensium temeritas compescitur, & gesta reprobantur, placita, quorum in editis ne vestigium quidem apparet, habeantur, ea in Eminentissimi Principis BISCIAE manuscripta, Codice perantiquo, & optima nota, Bibliotheca refertissima, & beneficentia eximij Litteratorum Patroni omnibus exposita, conseruari retulit mihi Leo Allatius similium Librorum heluo literis ad me datis, vnaq; simul velluti in tabella, quicquid in eo volumine visitur communicauit; rara omnia, & paucis exceptis vix alibi, nec fallor inuenies. Non patiar hac occasione à Leone meo, & humanitate, & qua Viro illi peculiaris est ad iuuanda aliorum studia propensione, vinci: quare illius Indiculum, vt ipse habui, dabo: vt vna simul mireris Eminentissimi Principis in conquirendis Auctoribus, ijsq; non omnibus obuijs magnificentiam, & aliorum vsui exponendis liberalitatem, & Leonis, qui talium rerum nullos expertes esse, contra ac fieri solet, patitur, prodigentiam. Conciliorum Ferrariensis, & Florentini editionem nonnullos ab hinc annos in suis Apibus Leo promiserat. Sed quis nam tanta res remoram facit, ò tempora, nondum noui: En porro Voluminis Indicem.

IOANNIS Leonis Romani Ordinis Prædicatorum De Synodis, & Ecclesiastica potestate ad Eugenium Papam IV. libris quinq; Incipit *Rerum diuinarum omnes admodum tractatores.* Pag. 1.

CONCILIORVM Ferrariensis, & Florentini acta sub auctoritate, & præsidentia Eugenij Papæ IV. P. *In nomine Sancta, & indiuidua Trinitatis.* pag. 38.

RODERICI *Sancij de Arecullo Vtriusq; Iuris, & artium Professoris, Apostolici Referendarij, Ouatensis, deinde Palentini, postmodum Calaguritani Episcopi, & Sanctissimi* D. *N. Pauli secundi in Castro S. Angeli de Vrbe Præfecti.* Tractatus; De Appellatione a sententia Romani Pontificis non informati, ad se ipsum bene informandum, in quo disputatur quæstio

pro.

pro vtroq; parte, & tandem adducitur veritas, quæ pluribus testimonijs iuris diuini, & humani roboratur. Declaratur etiam, quotuplex sit superioritas, & quæ sit illa quæ requiritur in appellatione ad Paulum II. Pontificem Maximum. P. *Ad Romanos scripsit Beatissimus Paulus moderna tempora designans.* pag. 79.

Eivsdem libellus, De septem Quæstionibus circa conuocationem, & cõgregationem generalis synodi. Vbi inter cetera agitur, ex quibus causis, quando, & per quem & ad quid conuocandum sit, agitur, & de diuersis materijs generalia Concilia concernentibus, ad Paulum II. Pontificem Maximum. P. *Hac nostra tempora præsig: ãs Beatissimus Hieronymus eos seuere arguit.* pag 89.

Libellus de Remedijs Afflictæ Ecclesiæ militantis aduersus extrinsecas Turcorum persecutiones, pressuras, & angustias; & an generalis synodus pro hoc tempore sit expediens, aut sufficiens remedium ad eas extirpandas. Demum ostenditur quando, & quomodo, & ex quibus causis generalia Concilia congregari debent. Rursus deducitur, Romanum Pontificem habere in terris supremã auctoritatem forenq; summum, & ordinarium tribunal, ad leuanda quæuis mala, & incommoda ab Ecclesia Dei ad Bessarionem Cardinalẽ, Episcopum Sabinensem, & Patriarcham Constantinopolitanum. *P. Cunctorum sapientum illa semper verissima fuit sententia quam ad pauca respicientes* pag. 107.

Pii secundi Summi Pontificij exemplũ litterarum Apostolicarum super indulto concesso Serenissimo Imperatori Frederico III. P. *Etsi cunctorum Christi fidelium salutem animarum ex debito Pastoralis officij.* pag. 157. & in easdem.

Dominici Episcopi Torcellani apparatus, seu glossæ factæ ad re quisitionem Serenissimi D. Frederici Romanorum Imperatoris, dum esset apud eundem Imperatorem Orator Apostolicus cum potestate legati de latere. P. *Concedit Papa Frederico Imperatori, & Leonora vxori eius indultum.* pag. 157.

Eivsdem Episcopi Brixiensis quondam Torcellani, Tractatus seu quæstio, An sit obediendum superiori pręcipienti reuelationem secreti, ad instantiam Reuerendissimi D. Cardinalis S. Chrysogoni, Papiensis nuncupati. P. *Facis Reuerendissime Pater, quod S. Romana Ecclesia Cardinalem decet.* pag. 161.

Eivsdem Dominici de Monte Episcopi Brixiensis, De Concilio, & ipsius ac summi Pontificis potestate. P. *sæpe numero inter doctissimos Viros de summorum Pontificum & Generalium Conciliorum potestate certatum est.* pag. 169.

Eivsdem De reformationibus Romanæ Curiæ ad Sanctissimum Dominum Pium II. P. *zelus Domus tuæ comedit me.* pag. 188.

Eivsdem Expositio Psalmi centesimi ad propositum regiminis, quod D. Papa seruare debet, & quicunq;. alius Princeps. Psalmus est, *Misericordiam & iudicium cantabo.* P. *Vltimo pro istis reformationibus offero D. nostro Papæ.* pag. 295.

Eivsdem De electione Cardinalium, P. *Gratia collationis, & inquisitionis pone infrascriptam conclusionem.* pag. 296.

Eivsdem Consilium in materia creationis Cardinalium ad petitionem S. D. Pij Papæ secundi P. *Quia non nulli manus sampsonis fortissimi vinculis iuramentorum.* pag. 301.

Nili Archiepiscopi Thessalonicensis Oratio de causa dissensionis, & diuulsionis Ecclesiæ Græcorum à Latinis, in latinum versa, *a Leonello Cheregato Episcopo Arbense.* P. *Existimauimus ad Latinos verba facta ni.* pag. 189. Ei-

Ex Summa Benedicti Abbatis Massiliæ super Capitulo, *Firmiter credimus*, De summa Trinitate, & fide Catholica collecta, & excerpta, addit is paucis alijs contra diuersos errores impugnantium fidem Catholicam Ecclesiæ S. Romanæ, qui clauibus, & Sacramentis Ecclesię multipliciter contradicunt, & qualiter illis obuiandum sit auctoritatibus, rationibus, & exemplis per cap. xx. P. *Vna est fidelium vniuersalis Ecclesia, qua viuit in vnitate fidei.* pag. 190.

Ioannis de Turrecremata Ordinis Prædicatorum S. Palatij Apostolici Magistri in Consilio Basiliensi Anno 1437. Flores ex libris B. Doctoris Thomæ de Aquino iussu Iuliani Cardinalis, De Auctoritate summi Pontificij collecti, & LXXIII Quęstionibus explicati. P. *Mandastis Reuerendissime Pater, & Domine præstantissime D. Iuliane dignissime Præsbyter Cardinalis.* pag. 250.

Petri de Aucharano Disputata, De laico homicida, qui effractis carceribus aufugiens se promoueri fecit ad sacerdotiū, qui iterum detentus fuit a Iudice seculari. P. *Laicus*. pag. 218.

Impugnatio Pragmaticę sanctionis Regni Franciæ. P. *Ad ostendendum claris & apertis rationibus, & iuribus quod Pragmatica sanctio, qua noniter.* pag. 228.

Nicolai Siculi Abbatis Moniacensis, & Cameræ Apostolicæ generalis auditoris Collecta Anno Domini 1433. dum esset in Ciuitate Basiliensi vnus ex Oratoribus Sanctissimi Eugenij Quarti ad Reuerendissimos Cardinales, & alios prælatos, & Magistros, & Doctores ibidem congregatos, causa celebrandi Concilium generale, De potestate Papæ, Concilij, & aliorum. P. *Papa non potest sine causa rationabili.* pag. 252.

Gulielmi Duranti Episcopi Mimatensis De reformatione Ecclesiæ ad Clementem V. P. *Scribitur in Concilio Toletano, quod bona rei dare consilium.* pag. 313. Alter hic est Gulielmus, ab eo qui composuit *speculum*, illi in Episcopatu successor, primi illud Epitaphium ex eodem Codice adnotabam.

Hic licet egregius doctor, præsul Mimacentis,
Nomine Duranti Gulielmus, regula morum,
Splendor honestatis, & casti candor amoris,
Altum consilijs, speciosū mente serenū,
Hūc insign ibāt; immotū turbine mētis.
Mente pius, sermone grauis, gestuq; modestus,
Extitit; infestus super hostes more Leonis.
Indomitos domuit populos, ferroq; rebellos
Impulit, Ecclesia vicos seruire coegit.
Comprobat officijs, paruit Romania sceptro
Belligeri Comitis Martini tempore Quarti.
Edidit in Iure librum, quo ius reperitur
Et speculum Iuris, & Patrum Pontificale
Et rationale diuinorum patefecit.
Instruxit Clerum scriptis, Monuitq; statutis
Gregorij deni, Nicolai scita perenni
Glossa diffudit populis, sensusq; profundes,
Scire dedit mentes, corusca luce studētū
Quem memori laude genuit prouincia dignum
Et dedit appodio missam diocesis illū.
Inde Biterrensis præsignis Curia Papa
Dum foret Ecclesia Mimatensis sede quietus
Hunc vocat Octauus Bonifacius altius illum
Promouet. Hic renuit Rauenna præsul haberi
Fit comes inuitus simul, hinc & Marchio tandem,
Et Roman redijt Domini sub millestre entis Qua-

Quatuor ammotis annis tumulante Minerua
Surripit hunc festina dies, & prima Nouembris.
Obitus MCCXCVI. sub Bonifacio VIII. quem sequitur Benedictus XI. Anno 1303. cui successit Clemens V. Anno 1305. qui Anno 1311. congregauit Concilium Viennense, cuius prima sessio fuit XVII. Kal. Nouemb. in quo alter Gulielmus etiam Episcopus Mimatensis edidit tractatum breuem, & singularem De Curia reformatione.

Dominici Episcopi Brixiensis, Sãctissimi D. N. Papæ Referendarij, & generalis Vicarij Almę Vrbis Quęstio, siue Tractatus, *De inseparabilitate Matrimonij. P. Vtrum in matrimonio contracto legitimè per verba de præsenti Papa possit dispensare*. pag. 363.

VIII.

Constitutiones Pontificum Gregorij Papę X. Nicolai Clementis & Vrbani cum Glosis Domini Garsiæ I. C. & Canonici Professoris. Finis *Explicitunt omnes Constitutiones, tam in Textu, quam in Apparatu, cum omnibus Additionibus.*

Innocentivs in Decretales in fol. sed mutilus, Desideratur enim liber primus, & magna pars secundi.

Sextvs Decretalium in fol. In fine *Explicit apparatus VI. libri Decretalium per D. Ioannem Andreã noniter compilatus.*

IX.

De Ivdiciis, hoc initio. *Continuatur hac Rubrica*, & sequitur. *De foro competenti. De Libelli oblatione* vsq; ad Titul. de Confess. Tom. 1. Tomus alter. De probationibus vsque ad Tit. de Appell. In fine. *Explicit hoc opus die nona Octobris. 1469.*

Ordo Pontificum, qui Cathedrã S. Petri tenuerẽ à D. Petro vsque ad Ioannem XII.

In Eodem, Epistolæ Clementis. Decreta Anacleti, Alexandri, Xisti, Telesphori, & aliorum.

Decreta Conciliorum compluriũ, hoc est, Africani, Carthaginensis. In fine. *Ordo Pontificum & Originalia Decretorũ compilata ab Isidoro.* Munus B. L. in fol.

Lectvra super secundum Decretalium Io: Andreæ in fol. Donum B. L. Clementinæ Tom. II. emptæ Anno 1450.

Collationes super totum quartum librum Decretalium, auctore D. Paulo de Doctis collectæ, quas compleuit Anno 1431. die 27. Iunij. *De isto clarissimo Viro extat mentio apud Paulum de Castro in l. 11. in. ex 7. q. C. de venditis, & in nostris Athenis.*

Franciscvs Zabarella super Clementinas. In fine: *Explicit Lectura D. Francisci de Zabarellis super Clementinas per Marcum Adriani Filium Oliua An. 1433. prima die Mensis Martij.* Emptus per D. Celsum de Verona Priorem Monasterij, ex denarijs librorum quorumdam in Medicina venditorum Magistri Ioannis Marchanonæ.

Liber Iuris, cuius titulus primus, est post Proœmium. *De summa Trinitate & fide Catholica.* Vltimus vero. *De Regulis Iuris.*

X.

Decreta Romanorum Pontificum per Isidorum collecta in fol. Munus P. M. 1478. *Is fuit Hispalensis Antistes & primus è latinis, qui Pontificũ Epistolas Conciliorumq; acta vsq; ad sua tempora idest, Honorium primum Anno DCXXIII. in vnum collegit.*

Lectvra Abbatis in II. Decretalium in fol. Munus Galatij de Capitibuslistæ.

Registrvm Gregorij Papæ Vrbis Romæ in fol. Munus B. L.

Tertia pars Lecturæ super II. lib. Decretalium Nicolai Abbatis de Sicilia in fol. Incipit. *Exceptiones.* Mu-

nus R. D. Galatij Patauini de Capitibuslistæ Iuris Pontificij Doctoris, & Poetæ Laureati, & Canonici Bergomensis. Anno 1479.

LECTVRA Abbatis de Sicilia super V. Decretalium in fol. Donauit supra dictus Galasius eodem anno.

LECTVRA eiusdem super III. Decretalium. Eiusdem Galasij Munus.

CONSTITVTIONES Benedicti Papæ in 4. Munus B. L.

NOVELLA Io. Andreæ super I. Decretalium in fol. Munus I. M Liber Decretorum distinctus in tres partes in 4. Munus B. L. Io. Andreæ Nouella super II. Decretalium scripsit D. . . Anno 1393.

LECTVRA Abbatis super V. Decretalium 1453. in fol. emptæ per D. Celsum Priorem de quo supra.

FRANCISCI Cardinalis Zabarellę Pat. super lib. v. Decretalium in fol. Munus I. M.

PAVLI Orosij Historia, quam pręcedit argumentum operis. *Paulus Orosius præsbyter Hispanus hic fuit patria, Vir autem eruditus.* Alia inscriptio, *Paulus Orosius præsbyter Hispani generis, auditor Aurelij Augustini*. Incipit opus *Præceptis tuis parui Beatissime Augustine.* In fine, *Compilatum fuit opus anno gratia* 1370. *Gherardus Vossius de Hist. Latinis notat hoc opus inscribi Hormestam. quod tamen in nostris Codicibus nō reperitur.*

ÆNEAE de Piccolominibus Senensis Episcopi, postea Pij II. Papę Tractatus de Ortu Gothorum, *Hoc opusculum nil aliud continet nisi Compendium Iornandi*. Eiusdem hic est.

Oratio ad Principes Vngariæ c. 42. & ad Ambasciatores Franciæ c. 101. Exemplar Bullę eiusdem magnæ, quæ est pro expeditione contra Turcas publicata Bononię in Ecclesia S. Petronij die 29 Decembris 1463. Itē, Breues Apostolici ad Ser. Ducem Venetiarum Christophorum Maurum de expeditione contra Turcas c. 133.

Ad Illustrem Ducem Mediolani.

Ad Dominam Ducissam Mediolani. c. 140.

Exemplar duarum Bullarum eiusdē c. 145.

Oratio funebris in die exequiarum, Card. Firmani 149.

In eodem volumine habentur.

Suetonius de Grāmaticis & Rhetoricis. 1464. scriptus ad petitionem Io: Marchanouæ à c. 163. incipit *Grammatica Roma*.

Cornelius Tacitus de situ & origine Germanorum incipit. *Germania omnis* c. 186.

Tabula Flauij Iosephi de Bello Iudaico in fol: ch. Donum I. M. 1467.

HISTORIA Scholastica Petri Presbyteri Trescensis. Incipit *Reuerendissimo Domino, & Patri suo Dei gratia Senonensi Archiepiscopo*, Petrus memb. fol. Munus B. L. *Hic est Petrus Comestor, qui floruit sub Frederico Barbarossa Anno* 1160. *eius Historia decerpta est ex sacris libris Biblia, cui multa è prophanis & aliquando inania inseruit. Fabulosum asserit Vossius, hunc fuisse vterinum fratrem P. Lombardi*. Munus B. L.

VITA Sanctorum Iacobi Voraginis Tom. II. Fuit hic liber Francisci de Zabarellis. Anno Domini 1401. 21. Octobris Donauit B. L. 1455. *Hoc opus* Legenda aurea *vel* Speculum Sanctorum *appellatur. quod Lud. Viues censuit scriptum fuisse ab homine oris ferrei, cordis plumbei. Genuensis fuit, & Patria Præsul, cuius Historiam pertexuit, quam in Bibliotheca cl. Viri Iacobi Gaffarelli M. S. vidi. Claruit Anno* 1290. *& primus Biblia in Italicum idioma conuertit*.

ECCLESIASTICA Historia. quæ sic incipit. *Quondam Veteres ob studium sapientia enuclare*. Et est præsertim de ijs, quæ obuenere in partibus Africanis debacchantibus Arrianis. Me

moria

motia capitum libri 11. de vita & institutione Apostolorum post ascensionem Christi c. 1. cap. v. Quemadmodum Tiberius de Christo edoctus à Pilato commotus. *Hæc est Historia Ruffini presbyteri Aquilegensis* cuius est initium *Dicunt esse medicorum vbi imminet*. antecedunt eam fragmenta quædam Historiæ Longobardicæ auonymi. in memb. fol. Charactere perantiquo.

XII.

Prima pars Iosephi de Antiquitate Iudaica continens lib xv. in fol. empta 1517. per D. Albertum Iuonem Priorem,

Iosephi Hebrei de Bello Iudaico lib. vii. Primus incipit *Quoniam bellum* Septimus definit. *per omnia habuerim coniectura*. Sequitur sufficienter vt arbitror & liber alter sic. Priore quidē volumine, & in fine. *Iosephi Hebrei lib. 11. explicimnt*. Munus B. L. 1455. in fol.

Marcus Paulus Venetus de Conditionibus & Consuetudinibus Orientalium regionum in 4. ch. incipit. *Tempore quo Balduinus Princeps*. Definit. *Qui ad diuersas regiones & prouincias deferuntur. Historia hac primum seorsim edita post Rhamusij opera cum aliȷs eiusdem generis nunc vulgata circumfertur. Sermone autem latino donatam à Francisco Pipino Bononiensi Ordinis S. Diminici, testatur ipsius in hoc MS. Prologus.*

Facetia de Asino à Poggio traducta.

Expositio Græcarum Dictionum in Prologis librorum Veteris & Nouæ Legis S. Hieronymi.

Bruti Epistolæ.

Leonardi Aretini breuis Historia rerum sui temporis. incipit. *Qui per Italiam homines excelluerunt ætate mea* & finit *Ingenti gloria & exaltatione ciuitatis Socrates Phys. vir omniū innocentissimus,*

Apologia Socratis ab eodem Aretino traducta. Munus I. M. 1467. *Leonardi Bruni Aretini laus propria est, quo d primus (teste Paulo Iouio) Græcarū literarum decus à multis seculis barbarorum immani tyrannide proculcatum erexit atq; restituit. Obijt 1440. Florentiæ suæ ætatis 74. vt ex Epitaphio in Templo S. Crucis.*

Siconis Polentonij Epitome in Vitas scriptorum Illustrium latinæ linguæ ad Polydorum lib. xviii. In fine *Modesti Pelentoni Legum Doctoris liber iste est.* Et Siconis Epitahium quod adscribo.

Qui patria leges, vitam lusceribus agris
Viuēdi, & studijs padia recta dedit
Fama fors Euganei, Ritiorum gloria auorum,
Orbis honos, hoc sub marmore Sicco iacet.

N. F.

Liber hic nunquam editus fuit. Autographum Anno 1433. scriptum habuit Scardeonius de quo in Athenis nostris.

Valerii Maximi dictorum & factorū memorabilium populi Romani, & aliarum gentium ad Tiberium Cæsarem. Incipit *Vrbis Roma.* finis *quinā vocarētur Gaias esse se dicerent*, In eodem

Saturnalia Macrobij. Incipiunt. *Multas variasque res in hac vita nobis, Eustachi fili, natura conciliauit* finiunt. *repugnat homori* ch. fol. *Sunt lib. vii. Venetijs excusi & alibi*,

Diodori Siculi Hist. Priscarum lib vii. à Poggio in latinum tradueti. qui de mundi creatione, deq; omnium prima origine. Incipit primus liber. *Magnis merito gratias rerum scriptoribus homines debent.* definit: *quibus rebus suo loco scribentur à nobis.* ch. fol. elegantissimè scriptus. Munus I. M. 1467 pag. CLXXXVIII. *Floruit Augusti Imperio, & à XL. lib. ques cōscripsit, pau-*

C

ei supersunt.

Laertii Diogenis Vitæ atq; Sententiæ eorum, qui in Philosophia claruerunt. inscriptæ Cl. Cosmo de Medicis à quodam Ambrosio. sunt libri x. incip. *Philosophia à Barbaris*. Milesius primus, & Epicurus postremus est.

Lucius Florus incipit Aduentus AEneę in Italiam, & desinit in Epit. lib. CXXXX. *Bellum aduersus Germanorum & plures honores dedit*. Cui annectitur lib. Hist. *Populus Roman. à Rege Romulo in Cesarem Augustum*. m. 4.

Chronicon Eusebij. In cuius princ. *Adiuro te quicumq; hos descripseris lib.* Opus autē sic: Incip. *Eusebius Hieronymus Vincentio & Galieno suis salutē*. hoc initium habet eiusdem Exemplar in Bibliotheca S. Antonij. Huic annectitur Prosper hoc fine. Valentiniano vi. & Nono consulibus. Hic finit Prosper post Hieronymum. fol. mem. *Eusebius Cæsariensis floruit* 326. *scripsit ab orbe condito usq; ad Annū Domini* 330. *S. Hieronymus continuauit usq; ad* 381. *S. Prosper usq; ad Annum* 448.

XIII.

Chronica Marcellini. Incipit *Anno à constitutione Mundi V. CLXXXX VIIII*. definit, *à passione Domini usq; ad consulatum Eustachij*. in eodem leguntur

Epistolæ Platonis à Leonardo Aretino traductæ. *Marcellinum à cl. Viro Octauio Ferrario, si fata sinunt, integre illustratum iri speramus*.

Carmina quædam, hoc est passio S. Hippoliti carmine elegiaco. Innumeros cineres Sanctorum formula in Vrbe Vidimus. c. 195.

Passio Saluatoris. *Quisquis ades medijsq; subit iam limina templi*. c. 198

Carmen lugubre in eandem. *Si qua tibi pietas, si pectus mole animusq;*.

Epitaphium Eufrasiæ concinnatū est carminibus hexametris & penthametris. Incipit. *Si pietatis opus nunquam morietur in æuo. Vide eius Vitam in lib. de Vitis Patrum lib. 1. ab Heriberto Rosueydo doctiss. Viro restitutis*.

Epitaphium Vilitutę. Incipit *Omne bonum velox fugitiuaq; gaudia mundi*.

In Mensa in Villa S. Martini c. 104. *Cum videam sithara cantu, & loquacia lingua*.

Ad Sigobaldum Comitem, quod pauperes pro Rege pauerit. 105.

Ad Childebertum Regem & Brunechildes Reginam de Natali S. Martini Episcopi Turonensis. Munus I. M. 1467.

Xenophon de Vita Cyri à Poggio in latinum traductus ad Alphonsum Aragonum regem. Incipit *Cumplures qui græca*. desinit *Sententia fauebis*. fol. memb.

Commentarium in Arist. Ethica Anonymi. incipit *Iuxta sententias antiquorum libros Aristotelis morales Deo fauente breuius compilabo*. sunt pag. 107. fol. memb. Huic additus est

Ioannes Boccacius de claris mulieribus ad Andream de Acciarolis de Florentia altæ Villæ Comitissam. fol. incipit. *Pridie Mulierum egregia* desinit. *dentibus inuidorum depereat*. Munus I. M. 1467. *De hoc Iouij iudicium, quemadmodum Petrarcha eloquentiam in poesi Hetrusca à ciue, & magistro suo, Dante inchoatam perduxit ad maturitatem: ita ijsdem temporibus Bocacius pedestrem eloquētiam in sermone patrio simul inchoauit & absoluit. Obijt Anno* 1373. *suæ æt.* 62. *e x epit. Florentiæ*.

Breviarium Romanæ Historiæ per libros & Decades ordinatē compositū Incipit *Aduentus AEneæ*. desinit *eius plures honores dedit fol.* &

Lucij Flori. In eodem cum Varijs lectionibus marginalibus.

Cęsaris Epistolæ Incipiunt. *Cæsar Oppio Cornelioq; salutem. Gaudeo me herclè*, Ca-

Catonis Epistola Incipit. *Particulam literarum tuarum*.

Lucius Florus incipit *Populus Romanus à rege*. explicit *Numero consecraretur*.

Rufus Sextus rerum gestarum Populi Romani. Incipit *Breuem fieri*.

Eutropius rerum Italicarum. Incipit *Primus in Italia*.

Æschinis & Demadis oratiunculæ in senatu Atheniēsi, & Demosthenis ad Alexandrum, per Leonardum Aretinum traductæ. Munus I.M. 1467.

Titi Livii ab Vrbe condita lib x. Munus P.M. 1478. eleganter conscripti fol.

Appiani Alexandrini descriptio Imperij Romani. In eodem vol.

Leonardi Aretini causæ belli Punici, incipit *Origo primi belli Punici quod Populus Rom. &c.* in fol. memb. *Videatur Præfatio Nicolai Alemani in Anecdota Procopij, vbi Aretini plagiū manifestatur. quæ verò in opere ipso lacunæ asteriscis notantur nunc è manuscripto veteri Collegij Ambrosiani in Belgio supplentur opera Viri Eruditiss. Octauij Ferrarij qui in Gymnasio Patauino magno applausu bonas literas publicè profitetur.*

Descriptio Siciliæ. Incipit: *Quam vero huius belli commentaria scripturi sumus idq; maxima ex parte in Sicilia gestum*. à c. 44. paulo inferius describit Insulam. *Sicilia eodem fere modo ad Italiam habet quemadmodū Peloponnesus ad aliam Græciam &c.* Hæc est eius Leonardi Aretini, nec disiuncta à Bello Punico.

Bellum Carthaginensium cum rebellibus conductis. De bello Gallico per eundem c. 77.

Quinti Curtij de Alexandro lib. vii Primus qui aliàs est tertius c. 79. *Inter hæc Alexander*.

Dictys Cretensis de bello Troiano lib. v. scripta Bononiæ anno 1465. Donum I. M. 1467. *Libri vi. Dictys Septimio Romano interprete impressi Basileæ 1529. leguntur quos omnes Pignorius noster inter apocryphos optimè collocat*.

Francisci Philelphi Apophthegmata Plutarchi ad Nicolaū v. Sum. Pont. in c. Munus I. M. 1467.

XIV.

Tertia Decas T. Liuij de secundo bello Punico in fol.

Leonardi Aretini de bello Punico primo lib. III.

Leonardi Iustiniani Luculli & Cimonis Vitæ in 4. Donum P.M. 1478.

Iustinus Historicus hoc initio *Liber Iustini ceeptus de Trogio Pompeo feliciter incipit*. fol. Donum P.M. 1478.

Breviarium Romanæ Historiæ secundum T. Liuium fol. Incipit. *Aduentus AEnea in Italiam*.

Pauli Diaconi Historia: incipit *Anno ab Vrbe condita MC.XVIII. Valentinianus XXXVIII è Pannonib.* desinit: *Finis Historia composita à Paulo Diacono Aquileiensi precibus Dominæ Aldesperga Henrici vxoris*. m f. Opus absolutum Cesenę expensis Io. Marcanouæ 1457.

Guarini Veronensis Vitæ Alexandri & Cęsaris ex Plutarcho. Donum P.M. fol. 1478. Incipit. *Regis Alexandri Cæsaris*

Benevenutus de Imola in Valerium Maximum fol. Donum P M. 1479. Incipit *Vrbis Romæ exterarumq; gentium facta*. Desinit. *Nunc vero fuit in commendationem Cæsaris & Augusti*. memb. fol. *Cōmentarium nūquam editum. Forsitan Beneuenuti de Rambaldis de Imola Oratoris & Poeta qui auctor censentur libri Augustalis de quo infra*.

Ioannes Boccacius de Casibus Virorum Illustrium, *Fuit Sicconis Polentoni Patauini*.

Tragœdia Eccerini Albertino Mussato autore. *Quam nuper cum alijs Operibus Historicis & Poeticis Mussati euulgauit Amicus noster Felix Osius Mediolanensis*.

CHRONICA Romanorum Pontificum, & Imperatorum per fratrē Magistrum Domini Papę Penitentiarum. *Est Martini Poloni*. Incipit *Quoniam scire tempora*. Desinit *est coronatus Anno* 1274. fol.

M. MVNVS. B L. 1455. *Inserta est hic fabella de Ioanna Papissa, de qua videatur Amicissimi nostri Leonis Allatij Comm.*

VALERII Maximi factorum & dictorum Memorabilium lib. IX.

LEGENDA Martyris Albani. *Fortassis eadem qua apud Canisium Tom. v. Antiq. Lect. legitur hoc titulo. Passio Sanctorum Albani & sociorum.*

Sicci Polentoni liber exemplorum ad Modestum Filium in. 4.

BREVIARIVM Mileti in Chronicis in 4. membr. Munus P.M. incipit *Adam Pater generis humani*, desinit *Terra motus magnus factus est in Arnia & Romania*.

VITAE Variorum. Incipit. Sedechias primus fuit. Donum I.M. 1467. memb 4. *Continet XXII. Vitas tenui & antiquo stilo exaratas.*

FLAVII Blondi Forliuiensis *Roma instaurata*. Munus I.M. 1467.

XV.

PLVTARCHI Vitę sine principio à diuersis traductæ. Donum I.M. 1467.

LAERTII Diogenis Vitæ atq; sententiæ eorum, qui in philosophia claruerint lib. x fol. Munus I.M.

HERODOTI Halicarnassei Historia, ch. 4. proęmium incipit *Halicarnassei Historia* desinit, *mea Visionis*.

Anonymus de Dijs. & primò de Saturno. hoc initio: *Fuit in AEgypto*. desinit, *eandam serpentis habebat*.

Marci Tull. Ciceronis Cato Maior, siue de Senectute

Oratio eiusdem. Quæ incipit. *Diuturni Silentij*. P.C.

Liber Augustalis Mag. Beneuenuti de Imola vsq; ad Albertum Bauariæ Ducem, incipit. *Libellus qui dicitur Augustalis* est pagina, um sex, definit, *edita fuit Vrbs Roma post euersionem Troia* 1054. *Is fuit Beneuenutus de Rambaldis de Imola. floruit tempore Caroli IV. vt in extremo ipse libellus ostendit*.

PARTE del testamento nouo e vecchio volgare. Donum. P.M.

VALERII Maximi de Memorabilibus factis & dictis liber. Munus P.M. 1478. Summaria Valerij Maximi per libros & Capitula auctore Io. Andrea excellentissimo Decretorum Doctore.

Tabula eiusdem libri per Alphabetū, & alia tabula eiusdem.

Plinius de Viris Illustribus, Donum I.M.

XVI.

LIBRI Græci.

POSTERIORA Arist. Donum I.C. fol. ch.

ORIBASII Opera fol. ch. *bomb. eleganter scripta*

ÆTII opera. fol. ch. To. 2. *satis scitè eadem manu scripta.*

IOANNIS Damasceni Opusculum in 4. 1445. ch. *cuius titulus.* εἰς τὰ ἅγια φῶτα *cum notis.*

Grammatica Emanuelis Moschopoli *alterius characteris.*

TRAGEDIAE quatuor Euripidis cum scholijs. Donum P. M. 1478. *Harum tres priores ab eadem manu; quarta Andromacha diuersi characteris, additis paucissimis Notis.*

GRAMMATICA Anonymi. *liber exigui momenti*. in 8.

Suidas fol. Mediol. Anno 1514. Donum H.R.

HERODOTI Historiæ, liber Primus, qui inscribitur Clio.

De constitutione siue ordinatione Verborum Anonymi cum suis Casibus fol ch.

LEONIS Imperatoris tractatus. *Multi hic sunt hiatus, character nec bonus, nec admodum antiquus.* incipit. εὐτρεπίζ... fin. πάντων.

Ingens opus Grammaticum Anonymi

mi non contemnendum vt videtur. vbi etiam Tractatus de diuersis Generibus Epistolarum, *additis. earum exemplis. Accessit* Tractatulus de Cõiunctionibus, *ab alia manu,* Donũ. P.L.

Lexicon Græcum Anonymi, *cui ferè simulis ibidem aliud, Fr. Io. Castroni Placentini Carmelitani typis editum omisso tempore & loco. Hoc tamẽ ipso copiosius est manuscriptum, quod ex præfatione typis excusi. colligitur ab Auctore missum ad Franc. Ferrarrã Phil. Acursius vero Pisanus Fr. Io: Franc. Turriano opus nuncupauit ad iecto insigni Iudicio de Auctore* fol. ch. Donum P.M.

Etymologicvm Magnum. fol. Donum I.C.eleganter scriptum

Onomasticon Dictionum Atticarũ ex Philostrato & alijs, Titulus:. ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογή. *Moscopuli nomen refert.*

XVII.

Graeci Codices alij.

Vocabvlarivm Græco Latinũ Fr. Ioãnis Castroni Placentini Carmelitani. sciriffimè scriptum fol.ch.

Pavli A Eginetæ Opera fol.cum varijs Lectionibus ad marginem.

Homeri Iliades latinè expositæ pars prima Donum. P. M.

Homeri Iliades latinè expositæ pars secunda Donum. P.M. *Addita ad verbum latina interpretatio.*

Grammaticae Compendium Emanuelis Calera in 4. Donum eiusdem.

Magnvm Etymologicum fol. Donũ eiusdem, eleganti ssime scriptum. Initium πόθεν τὸ ἄλφα

Philostratvs de Viris sophistarum eleganter scriptus πρὸς ὕπατον Ἀντώνιον. incipit τὴν ἀρχαίαν

Theophrasti Character de Superstitione.

Theophrasti Character de Ironia, Adulatione, Garrulitate,

Philostrati Icones.

Explanatio siuè Analysis in Icones Philostrati. cuius titulus est: ἐπιμερισμοί. Initium: τὸ ἀσπάζεσθαι finis. καὶ ἕτερα. fol.ch.

Methodvs Grammatica Anonymi. de Declinatione & rationis partibus in 4. Munus P.M.

Regvlae Grammaticales Emmanuelis Moscopoli: in 8. Munus P.M. in calce additę sũt διηγήσεις εἰς τοὺς ἁγίους

Lavdis B. Virginis in 4. ch. elegã scriptæ. Titul Κανόνες ἐγκωμιαστικοὶ καὶ παρακλητικοί.

Homeri Ilias & Batrachomyomachia cum scholijs eleganriùs scriptis quàm ipse textus. f. P.M. 1478.

Catonis disthica Moralia *à versione Maximi Planudis cum notis Græcis* in 4 Donum I.C.

Hippocratis Aphorismi, Prognosticas liber de Natura humana, de Virginibus. aliaq; opera *Lectio hic sæpe variat à vulgari. Præfixum Onomasticum, sed initio mutil um.*

Theodori Isagoge Grammatica 4.ch. D. Calphurnij. *Gaza est.*

XVIII. Grecorum.

Aeliani Historia Animalium in 4. ch.bomb.init φάλαγγες ἐν Συρίᾳ.

Anonymi Regulæ quarumdam Vocum, quibus Poetę & Oratores vtuntur ex variis Auctoribus selectæ, incip ἱστέον.

Icones & Heroica Philostrati in 4. munus P.M. *Con notis,*

Λόγος Ἀληπικὸς τοῦ Ἀββᾶ Ἰωάννου τῆς ἡγεμένου. & alia opuscula 4. Init. & finis desunt. *character non bonus. De virtutibus Christianis & Vitijs disserit.*

Elegantiae & Grammatica Moscopoli in 8.

Grammatica Magistri 4.ch. τοῦ Μαγίστρου *iteratò.*

Magnvs Basilius de Literis & Studijs ad Iuuenes, . . .

Heroi-

HEROICA Philostrati in 4. Donum. M. P.

IN LYCOPHRONIS Cassandrã Scholia Græca fol. init. τετοχῆμα. *Codex accuratè scriptus.*

Verborum congiugationes 4. ch.

VETUS Etymologicum charactere antiquo græco Vol. II. fol. ch. bomb.

Tractatus de constructione Verborũ

ARISTOPHANIS Plutus cum glossis. D. Ioan. Marchanoua fol. ch.

PLUTARCHI Tractatus quattuor. De dignoscendo adulatore ab amico. Consolatoria ad Apolloninm. De Vtilitate ex inimicis capienda. De Garrulitate fol ch:

APOPHTHEGMATA quædam Variorum cum Scholiis.

AEsopi fabulæ quędam cum scholiis.

Agapeti Diaconi magnæ Ecclesiæ ad Imperatorem Iustinianum hortatorius sermo. init. τιμῆς finis βασιλέων Μεγων.

Schola in Agapeti Parænesin.

Batrach. Homeri cum Notis Græcis.

LATINI.

XIX.

POMPONII Melæ de Cosmographia Init. *Orbis situm dicere aggredior.*

Virbius Sequester de fluminibus. Init. *Quanto ingenio & studio* finit *& idem venit. In hunc auctorem Notas Pignorius noster parauerat.*

Riccobaldus Ferrariensis de Prouinciarum & Orbis descriptione. Donum P.M. Init. *Cum ergo*. definit *de Italia dicitur* mem. fol. *Hæc est quinta pars Pomarij Ecclesiæ Rauenatis. quod opus nunquam editum in sex partes Auctor diuisit, quas enumerat Gherardus Vossius li 6. II. de Hist. Lat. cap. 62. Propediem lucem videbit opera cl. V. Petri Seriuerij, in cuius Bibliotheca asseruatur. Vidi hoc ipsum apud Aloysium Nouarinum eruditissimum Amicum nostrum. Floruit Geruasius Riccobaldus Ferrariensis Anno 1290.*

DESCRIPTIONES Philostrati Lemnensis fol. inc. Quisquis non diligit.

Euripidis Hecuba.

Allegabilia dicta ex Timæo Platonis collecta à Petro Paulo Vergerio Anno Domini 1388. Donum P. M. *Vergerius discipulus Emanuelis Chrysolora in Græcis claruit Patauij sub Principibus Carrariensibus, quorum Historiam condidit, quæ apud me M.S. asseruatur. Philosophus fuit, Iurisconsultus & Orator.*

PALLADIUS Rutilius Taurus AEmilianus de Agricultura in 4. *Impressus Lug. 1535. & alibi cum Columella & reliquis rei rusticæ Scriptoribus hoc titulo. Palladij Rutilij AEmiliani de re rustica lib. XIV.*

COLLUTII Pierij Salutati de Fato & Fortuna. incipit: *Quotidianum esse videmus.* Desinit. *Ex beneficentia tertius Florentinæ ciuitatis* in 4. memb. P.M. 1478. *Is fuit à Stignano vice Florentini, agri è familia Salutatorum Reip. Florentinæ Cancellarius Poeta Laureatus & Orator. Floruit An. 1460 eius Opera Venetijs 1542. edita & alibi.*

XX.

COMMENTUM Catonis Moralis, hoc est vberimum Com. in Catonis dicta siue Ethicã Catonis diuisum in IIII. Libros scriptum Anno 1406. ch. fol. *Auctor huius com. censet hoc opus non Catonis, sed Senecæ.*

Antiouidianus. Incipit. *Sublimi residens cathedra venerandi magister.*

Auctor eius est Frater minorita Sacræ scripturæ doctor.

Bonuicinus de Ripa de Vita solitaria. Incipit. *Hic rudium primo viuendi forma docetur.*

Liber Sclaui de Barro, incipit. *Incipiunt Sclaui de Barro consona dicta*

Beneuentano Iacobo per carmina facta.

Theodulus. incipit. *AEthiopum terras iam feruida torruit æstas.*

Dona-

DONATVS Remigii, hoc est expositio Remigij in minores partes Donati Grammatici, incipit. *Iste titulus variè inuenitur in 4. Hic Remigius Monachus Antisiodorensis Floruit 890. vir doctissimus. scripsit Com. in sacros Libros, quædita sunt; Com. in Martianum Capellam de Nuptijs Mercurij M.S. extant in Bibliotheca Tigurina, Com. in S. Matthæum M.S. in memb. in Bibl. Imp. Vienna, teste Gesnero.*

FLAVIVS Vegetius de disciplina militari fol. m. Cum hac Inscriptione manu à Textu diuersa. *Flauij Vegetij Viri Illustris Comitis Constantinopolitani Valentiniano Augusto Consuli Epitomen Institutorum rei militaris de Cõmentarijs Catonis, Augusti, Traiani, Adriani Augustorum, & etiam; Frontini.* Incalce libri. *Flauij Libros Eutropius emendaui sine exemplario.*

FRANC. PETRARCHA de Vita solitaria.

Ej. Opusculum. *Cum semper edissa fuerit.* Definit. *& his vltra non addam.*

De Ignorantia sui ipsius & aliorum. Ioãnes Grifus de Sarzana scripsit Id. Ianuarij.

Franciscus Petrarcha contra Medicũ libri IIII. in fol. Donum B.L. 1455. *Qui cupit de Petrarcha & eius operibus aliquid videre, eum ad Petrarchã Redinium remittimus.*

VEGETIVS de re militari in 4.

COMMENTARIVS Boetij de disciplina scholarium fol. Donũ P.M. 1476. *Boetius Seuerinus floruit tempore Theodorici, cuius iussu occisus est. An 521. Multa scripsit.*

POGGII Florentini de Varietate fortunæ fol. ch. Donum I.M. 1402. incipit. *Multa quadam pace, belloq;* Definit *His finit meo sermoni. clarurit An 1415.*

COMPENDIVM Moralium notabilium Hieremiæ Iudicis de Montagnone Ciuis Paduani propria auctoris manu. Donum I. M. 1467 *Floruit MCCC. de quo in Athenis nostris Pat. vberiùs.*

EXCERPTA ex Epistolis Senecæ ad Lucilium in 4.

PHALARIDIS Epistolę traductæ à Frãcisco Aretino.

Epistola funebris Francisci Philelphi in morte Incliti Equitis aureati D. Palantis Strozæ in 4. Donum I.M. 1469.

PETRARCHA de Remedijs vtriusq; fortunæ. Donum B.L. 1455.

POETICA Nouella Galfredi Ismolani. Donum P.M.

COMPVTVS, hoc est de anno mense, &c. in eodem libro.

Boetius de disciplina scholarium cũ glossis. Donum. P.M.

BOETIVS de consolatione philosophica cum glossis fol Donum I.M.

GVARINVS de liberis educandis ex Plutarcho in 4.

Cicero de senectute

Guarini Rhetorica Epistola

Xenophontis liber ab eodem traductus.

Guarinus de Diphthongis. Donum I.M.

DECLAMATIONES Senecæ cum scriptis Fr. Nicolai Treuech. *Vel Triuet. fuit Anglus. congessit Annales Anglorum & scripsit Com. in 5. libros. clarnit. 1360. Barleo teste obijt 1328. quod approbat Vossium.* Ordinis Prędicatorum.

VOLVMEN *in quo multa & primo* FALTERONA *Iacobi Alegreti Poëtæ Liuiei, & carmen ad Ludouicum Vngaria Regem pro ecclesia defendenda admonentem. Anno* 1390. Incipit *Selenono primis Iubens aurora sub auris Is fuit Forolinienfis qui etiam composuit bucolicum carmen.*

Poggij Oratio & Epistola

Leonardi Aretini Epistola

Ambrosij Monachi Oratio.

Oratio ad honorem D. Thomæ

Francisci Petrarchæ Epistola de vita solitaria.

Boccacij Epistola.

Cyria-

Cyriaci Anconitani Epistola.
Guasparini Bergomensis Orationes in laudem Medicinæ coram Rege, & duce Mediolani.
Francisci Barbari Oratio in Lauream Alberti Guidalori.
Oratio funebris in funere Andreæ physici Venetiarum.
Antonij Panormitæ Epistola.
Leonardi Aretini Isagogicum Moralis disciplinæ ad Galeotum Ricasolensem. Donum I. M. in 4.
Epistolæ morales Senecę cum glossis marginalibus.

Bartolomaei de Recanato Moraliū Dogma in 8. memb. incipit. *Gemina pulcritudinis totius honestatis.* cum varijs lectionibus.

XXI.

Francisci Petrarchæ Africa cum glossis in fol. m. Donum I. M. Vnà cū eiusdem Vita à Paulo Vergerio descripta, quàm propediem euulgabimus.

Francisci Petrarchæ Epistolarum lib. III. ad Barbatum Sulmonensem. incipiunt. *Si mihi sana pium seruassent sidera Regem.*
Paradoxa M. Tullij.
Apuleius De Deo Socratis.
Fabula Heri Armeni natione Pamphili ex x. lib. Platonis de Republica, fol. m. Donum I. M.

Homeri Odyssea ex translatione Manuelis Chrysoloræ *vel potius alicuius indocti, quemadmodum sua manu notauit Petrus Montagnana qui librum donauit. fol. Berg.*

Arator Poeta de actibus Apostolorum. Donum P. M. in 8. Inc.

Svmma Vitiorum & Virtutum in 4. memb. *Cum circa vtilia studere debeamus,* finis *tacere vero nunquam.*
Valerij Episcopi Dissuasoria ab vxore ducenda ad Rufinum.
Epistola M. Alexandri contra claudicantem Henricum.
Epistola Publij Lentuli.
De colligenda & sistenda fugatempoti.

Sententiæ Senecæ.
Rhetoricæ compendium Donū I. M.

Alexandreis cum glossis, auctore M. Galtero ad honorem Gulielmi Archimandritæ in 4. *In calce libri extant quædam carmina Mag. Matthæi Vindenensis, qui composuit Thobiadem contra Galterum istum, quæ subnecto, eò quod ridicula sunt.*
Roma caput rerum, quæ toto turbine clerum
Inuoluis miserum contemptorem mulierum
Suscipere Galterum, si fas est dicere verum
Sope subegit herum famulum, quem ducit Homerum.

Lvcanvs cum glossis in 4. m. Donū P. M.

Dantis Paradisus.

Lvcanvs fol. ch. Donum I. M. cum glossis.

Biblia versibus exarata *Autore magistro* Petro Riga *cum notis margin.* fol. m. existimo esse famosi illius Poetæ Petri de Riga, quem licet ineditum omnes celebrant, Auctor verò suum nomen hoc versu exprimere solitus erat.
Petrus Riga vocor, qui Christi Petra rigat cor.
Huius Operis bina exemplaria extant Romæ in Bibliotheca Em. Cardinalis à Bal geo teste cl. V. Gabriele Naudeo eius Bobliothecario, meminit Gesn. exemplar alterum asseruari in Bibl. Imp.

Ivvenalis cum glossis *Donum P. M. qui fuit Gregorij not. de Clericatia de Vicentia scriptus per D Andrea Rectore Ecclesiæ de Marano* 1384. *Indict.* VII. fol. memb.

Graecismis Carmina fol.

Ovidii Methamorphosis cum Argumentis & glossis notisq; interlinealibus fol. m. emptus Venetijs olim ducatis aureis XXII.

XXII.

Bernardi Syluestri Opera, partim vnita

vnlta, partim soluta oratione, de rerum creatione in 4. Donum P. M. *Is auctor composuit Mega cosmum de maiori mundo, & Microcosmum de minori mundo. De quo Gesn. in Bibliotheca.*

Thomae Senecae Opera, hoc est Poema Lib. IIII qualiter D. Galeaz. Marescotus Caluus extraxit Hannibalem Bentiuolium de carceribus, & de rebus per vtrumq; gestis, incipit. *Thespia iam nimium lenta cessamus in vmbra.*

Tibrachi Mutinensis Oda, de vera Nobilitate ad eundem Galeazum in 4. Donum I. M. *Alta Marescota quamquam sit gloria gentis.*

Georgica Virgilij in 4.

Anticlavdivs Magistri Alani de quattuor artificibus, scilicet Deo, Natura, Fortuna & Vitio 4. memb Incipit. *Proœmium compositum.* explicit. *& sæpe trucidas.*

Vgotius de dubio *Accentu* in 4. Donũ P. M.

Sedvlivs cum glossis & commento Donum P. M. in 8. *Perquales.*

Homeri Ilias à Pindaro traducta. Incipit. *Pande mihi* & in calce *Occidet, & meriti post me referuntur honores.*

Statij Papinij Surculi Theb. lib. XII in calce sic adnotatum est, *Attamen hi libri in eodem volumine non repsriuntur.* D. I. M. fol.

M. Valerii Martialis Epigramata. *Barbara Pyramidum sileant miracula.*

Fragmentũ Ausonij fol. Donum I. M. à c. 171.

Lvcanvs cum Glossis. fol. m.

Graecismvs cum glossis. Donum I. M fol

Virgilii Opera, & in parte glossa Seruij fol. m

Liber Moralis paginarum VI. incipit *Cum mihi vtilius*

Liber Vtilis habet paginas XIII, incipit *Vtilis est rudibus.*

Physiologus incipit *Tres Leo figuras.*

Nouus Auianus incipit *Phœbe vium præsta* P. M. in 8. 1478.

Heroides Ouidij in 4. m.

XXIII.

Servivs in Virgilium fol. Donum P. M.

Io. Boccacij Bucolicum carmen 4. cum argumentis.

Scriptvm in Statij Tebaida Incerti fol. Donum. P. M.

Commentaria in IV. Æneidos Incerti Donum P. M. fol.

Bertii Coni vel Zotii in Lucanum Notæ fol. memb. Donum P. M. 1476. cuius præfationi hi præmittuntur Versus.

Confer opem famulo sancta Maria tue.
Conum romei genuit Florentia morum
Pandere nunc scriptor Lucanus quid fonet ista
Hoc quoq; Berteus Regino sanguine cresus
Compater iniunxit, precibus dilectio iussit
Id quoq; Ioannes mihi ò dulcissima preles.

Glossae Anonymi in Iuuenalem in 4. Donum P M. Incipit. *In principijs Librorum expenendis memini Auctoris Visam solere praponi. Hic auctor citat Guarinum Veronensem.* In fine. 1496. *cum epitaphio Dantis, & Iulij Cæsaris Epit. cuiusdam pueri submersi* 4. ch.

Aratoris Epistolæ. Incipit. *Arator iste Cardinalis fuit* 8 ch.

XXIV.

Plavtvs cum Commento Incerti: Donum. P. M. fol. Incipit

Testamentvm Nouum in 8.

Tres primę Tragędiæ Senecæ cum Commentarijs & glossis fol. Donum P. M

Odyssea Homeri soluto carmine. Donum Calphurnij, vt hi versus indicant in fine.

Hunc Calphurnius est granum lile'lum

Graeci gloria, quin decus Latinis
Vobis Canonicis prius sacrauit.
Qui lect or cineri libens precare.

Senecae Tragediæ mutilæ fol. m. cum glossis.

Comoediae Plauti fol Donum P.M.

Expositio Anonymi in Terentij Comœdias. Incipit.

Carmen de conflictu D. Comitis Armeniaci ... Donno Iacobo de Verme.

Proęmium Statij Thebaidos. Donum P.M. fol.

Com. in Terentium ch fol. incipit *Terentius Comicus genere quidem extitit Afer*.

Terentius cum glossis in fol.

Victorinus de Prologis. De Ambiguis, vel ambigenis.

Franc. Petrarchæ Laureati exoratio.

Qui Terentius fuerit vna cum exceptis magistri Iacobini de Mantua.

XXV.

Statii Thebaides in 4.

M. Tullius de Oratore, De optimo genere dicendi, & de Claris Oratoribus fol Donum I.M.

Eiusdem Tomus in quo Rhetorica, *saepe & multum*: & Rhetorica ad Herennium. Donum I.M. Liber scriptus Anno 1419.

XXVI.

Invectivae Sallustij in M.T, Ciceronem, & Ciceronis in Sallustium.

Guasparini Bergomensis Epistolæ, & Orationes Donum I M fol.

Epistolæ familiares M. T. Ciceronis in 8.

De Amicitia, de Senectute, & Paradoxa in 8 l b 2. script. Anno 1470.

Grammatica M S. Item de quattuor declinationibus, & de Aduerbijs.

Rhetorica ad Herennium fol.

M T C. Academicæ Quęstiones de rerum varietate . . . . de Diuinatione, de Fato.

Phaedon Platonis seu de Morte Socratis.

Apuleius de Doctrina Platonis

Trimegistus de Diuinatione.

Boetius de Trino, & vno.

Testamenta XII. filiorum Iacob in 8. Donum I M.

Magister Sententiarum Donum B. L. in 4.

M. Tullii Rhetorica in 4. Donum I.M.

Fabii Victorini explanationes in Rhetoricam veterem Ciceronis in 4.

Paradoxa, & Tusculanę Quęstiones M. Tullij. fol.

Eiusdem Cato maior, siue de Senectute, de Amicitia, Somnium Scipionis, & Paradoxa in 8.

Orationes aliquot M.T.

Antonij Lusci Secretarij. Ducis Mediolani ad fratrem Astolfinum de Marmonibus Secretarium Mag Francisci de Barbauarijs in easdem Orationes.

Timæus M T.C. Incipit. *Multa sunt à nobis in Academicis conscripta, &c.* explicit. *Concesso munere namque stabitur.* Deinde hęc Charactere rubro subnexa leguntur: *Explicit M. T. C. Timaeus, in quo agit de Creatione Mundi*.

Item de Fato libellus acephalus incipit: *Quę pertinent ad mores*, explicit, *Non magis*.

Epistolæ quædam Plinij.

Pars Chronicæ Mantuanæ incipit. *Quoniā scire tempora*. Definit *anno eodem de Italo*. . . . . Donum I. M.

Grammatica quæ incipit, *Cum omnis eloquentia* in 4.

XXVII.

Rhetorica Boncompagni in 8. m. Incipit *Prologus Rhetoricae nouissimae quem appellaui meo nomine Boncompagnus*.

Arist. Rhetorica ad Alexandrum à Francisco Philelpho traducta in 4. m. Donum Calphurnij.

S. Avgvstinvs de Prædestinatione *Addere etiā hęc*. Donum Lud. Mussati ch. 4.

Inter-

INTERPRETATIO Hebraicorum nominum secundum Hieronymum f. ch. *Philo Vir disertissimus* Donum P. M.

Descriptio Librorum Veteris & Noui Testamenti · *In principio videlicet, &c.*

Liber Hebraicarum Quæstionum secundum Hieronymum, Incipit. *Qui in principijs.*

MARTIANI Capellę opera fol. Donũ P. M.

COM. in Rhetoricam Arist. in 4. Donum Calphurnij membr. 4.

XXVIII.

Robertus super XVII. & XVIII. Prisciani. *Nobilitas scientia.* m 4.

Eiusdem in Barbarismos & Accentus Donati. Donum. P M.

Summa Dictaminis Mag. Bene. in 4 m. in fine: *Clarissimæ memoriæ summa magistri Benè Bononiensis super stylo dictaminis Aureliæ si videlicet Tulliano ac Romana curia potissimũ summa compendiose explicit*

LIBER Cæremonialis Rom. Pont. scriptus iussu Francisci Zabarellæ Cardinalis Florentini. Erat Bartholomæi de Zabarellis Archiepiscopi Spalatensis.

PRISCIANVS De constructione & ordinatione partium Orationis 4. m. Donum P. M. Incipit. *Quoniam in ante expositis.*

REMIGIVS super Donatum cum alijs Opusculis Prisciani, & aliorum m. 4.

Computus in 4. D. Io. M.

GLOSSAE Iordani super Priscianum Donum P. M. *Incipit Glossa Iordani super Priscianum* XVII. *&* XVIII. m. fol.

IOANNIS Tortelij Aretini Poetæ Com. in Grammatica, & Ortographia è Græcis. Dicatum Nicolao V. fol. m. incipit *Capteram olim Beatissime Pater Nicolae. De hoc infra H.* XXX.

M. T. de Amicitia insertus Elegãtijs Augustini Daci in 4.

De syllabarum quantitate. *Donum Calphurnij.*

VARRONIS de lingua latina. fol. m.

COMMENTVM super Doctrinale. fol Donum. P. M.

BREVIS Summa Rhetoricæ Guaspa rini Barzizij Bergomensis 4 m. incipit. *Cum commode & perfectè.*

Eiusdem & aliorum Epistolæ, & Orationes in 4.

COMMENTVM Petri Heliæ super libris XVI. Prisciani m. fol: Donum P. M. incipit *Ad maiorem artis Grãmatica cognitionem.*

XXIX.

DE METRIS & Syllabis figurę Donati cum glossa

PRISCIANVS de Accentibus in 8. Donum P. M.

GRAMMATICA Anonymi.

Bartholomæi Bergomensis Orthographia.

Donatus de Syllabis, & Orthographia in 4.

SVMMA Doctrinalis Mag. Boni siue Bene in 8 m. incipit *Gerũdia dicuntur*

DONATI Grammatica in 4. Donum. P. M.

REPORTATIONES Relatinorum Petri Mõtagnanæ Præsbyteri Artis Grammaticæ Professoris ad vtilitatem Scholarium compositæ in Vrbe Patauij 1435. in quarto. Donum eiusdem.

DONATVS siue doctrinale Manfredi in 8. Donum P M.

GVASPARINI Bergomensis Ortographia. Donu m. P. M. fol. m. elegantiss. scripta. Incipit. *Quoniam recta scriptura.*

DOCTRINALE cum Glossis in 4.

LACTANTIVS Firmianus fol. emptus ex libris venditis in Medicina Ioannis Marchetor æ. 1470.

REGVLAE Grammaticales mag Frãcisci Lerberti Pisan.

Regulæ Grammaticales Roland. de Placentia fol.

SVMMA Grammaticalis Anonymi in 4.

SEXTVS Pompeius. fol. *Fest us hic esse quem post Ant. Augustini ac Fului Vrsini. curas castigatiorem nobis dedit Ioseph Scaliger. Aliud exemplum sequenti pluteo seruatur.*

DE Integritate Grammaticæ disciplinæ fol. Donum P. M.

COMPENDIVM Tehologiæ Donum. B: L in 4:

HIERONYMVS de Sancta Fide, contra Iudæos Donum P. M. fol.

GRAMMATICA Anonymi fol. Donum P. M.

